

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

Accusationis in C. Verrem liber VII. Oratio X.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)



# In C. Verrem Fo. LXXV.

permulta multis nauib<sup>9</sup> illinc exportata: hanc deniq; nauē maximā a Mamertinis datam, onu-  
stam cū isto pretore profectā: fatebunt. Quāobrem tibi habe sane istam laudationē Mamerti-  
nam: Syracusanā qdē ciuitatē, vt abs te affecta sit, ita in te esse animatā videmus. apud quos  
etiā Verrea illa flagitiosa sublata sunt. etenim minime cōueniebat, ei deorū honores haberi,  
qui simulacra deorum sustulisset. Etiam mehercule illud in Syracusanis merito reprehende-  
retur, si cum diem festū ludorū de fastis suis sustulissent celeberrimum, & sanctissimū, q̄ eo  
ipso die Syracusē a Marcello captē esse dicunt, idem diem festū Verris nomine agerent, cū  
iste Syracusanis quæ ille calamitosus dies reliquerit, ademisset. At videre hominis impuden-  
tiam, atq; arrogantiam Iudices, qui non solum Verrea hæc turpia, hæc ridicula ex Heraclii  
pecunia constituerit, verū etiam Marcellea tolli imperarit: vt ei sacra facerent quotannis, cu-  
ius opera omnium annorum sacra, deosq; patrios amiserant: eius autem familiæ dies festos  
tollerent, per quam ceteros quoq; festos dies recuperarant.

## ACCUSATIONIS IN C. VERREM LIBER. VII.

### ORATIO. X.



EMINI Video dubium esse Iudices, qn̄ apertissime C. Verres in Si-  
cilia sacra, profanaq; oīa & priuatim, & publice spoliarit, versatusq;  
sit sine ylla nō modo religione, vetū etiam dissimulatione in omni  
genere furandi, atq; prædandi. sed quēdā mihi magnifica, & præcla-  
ra eius defensio ostenditur: cui quēadmodū resistā, multo mihi an-  
te est Iudices prouidendū. ita enim causa constituitur. prouinciam  
Siciliā virtute eius, & vigilantia singulari, dubiis, formidolosiq;  
reporibus a fugitiuis, atq; a belli periculis tutā esse seruata. Quid  
agam Iudices: quo accusationis meę rationē conferam: quo me ver-  
tam: ad oēs em̄ meos impetus, quasi murus quidā, boni nomen im-

peratoris opponitur. noui locum, video vbi se iactaturus sit Horrensus. belli pericula, tēpo-  
ra reipublicæ, Imperatorū penuriā cōmemorabit. tum deprecabitur a vobis, tum etiam pro  
suo iure contendet, ne patiamini talē imperatorem, populo Romano Siculorum testimoniis  
eripi, neve obterī laudem imperatoriā criminib<sup>9</sup> avaritię velitis. Nō possum dissimulare Iu-  
dices: timeo, ne C. Verres propter hanc virtutem eximiam in re militari, omnia, quæ fecit, im-  
pune fecerit. venit enim mihi in mentem, in iudicio M. Aquilii quantum auctoritatis, quan-  
tum momenti, oratio M. Antonii habuisse existimata sit, qui vt erat in dicendo non solū sa-  
piens, sed etiam fortis, causa prope perorata, ipse arripuit M. Aquilium, constituitq; in cōspe-  
ctu omnium, tunicamq; eius a pectore abscidit, vt cicatrices populus Romanus iudicesq; aspi-  
cerent, aduerso corpore exceptas, simul & de illo vulnere, qd̄ ille in capite ad hostiū duce ac-  
ceperat, multa dixit: eoq; adduxit eos, qui erant iudicaturi, vehemēter vt vererent, ne quem  
virū fortuna ex hostiū telis eripuisset, cū sibi ipse non peperisset, hic non ad populū Ro. lau-  
dem, sed ad iudiciū crudelitātē viderēt esse seruatus. Hæc eadem nunc ab illis defensionis ra-  
tio, viaq; tentat, idem querit. sit fur, sit sacrilegus, sit flagitiorum omnium, vitiorumq; præceps:  
at est bonus imperator, & felix, & ad dubia Reip. tempora reseruandus. Nō agam summo iu-  
re tecū: non dicam id, qd̄ debeam forsitan obtinere: cū iudiciū certa lege sit constitutū: non  
quid in re militari fortiter feceris, sed quēadmodum manus ab alienis pecuniis abstineris,  
abs te doceri oportere. non inquam sic agam, sed ita quæram, quemadmodum te velle intel-  
ligo, q̄ tua opera, & quanta fuerit in bello: quid dices: an bello fugitiuorū Siciliā virtute tua  
liberatā: magna laus, & honesta oratio. sed tamen quo bello: nos enim post id bellum, qd̄ M.  
Aquilii cōfecit, sic accepim<sup>9</sup>, nullum in Sicilia fugitiuorum bellum fuisse. At in Italia fuit.  
fateor, & magnū quidē, ac vehemēs, num̄ igit̄ ex eo bello partem aliquam laudis appetere co-  
naris: num̄ tibi illius victoriæ gloriā cum M. Crasso, aut Cn. Pompeio cōmunicandā putas:  
non arbitror hoc etiam deesse tuę impudētia, vt quicq; eiusmodi dicere audeas, obstitisti vi-  
delicet, ne ex Italia transire in Siciliā fugitiuorū copię possent. vbi: quando: qua ex parte: cū  
aut nauibus, aut ratibus conarentur accedere: nos enim nihil vnq; prorsus audiuius: & il-  
lud audiuius, M. Crassi fortissimi viri virtute, cōsilioq; factū, ne ratibus cōiunctis freto fu-  
gitiui ad Messanam transire possent. a quo illi conatu nō tantopere prohibēdi fuissent, si vl-  
la in Sicilia præsidia ad illorum aduentum opposita putarent. At cū in Italia bellū rā ppe a  
Sicilia, tñ in Sicilia nō fuit: quid mirū: ne cū in Sicilia quidē fuit eodē interuallo, pars ei<sup>9</sup> bel-

Verrea.

Actio. VII.  
& vltima, q̄  
Gellio Qui  
ta est, De  
supplicis,  
vt ait No.  
Marcellus.

M. Anto.  
orator.  
Aquilii vul-  
nera.

Summo iu-  
re agere.



li in Italiam vlla peruasit. etem propinquitas ad vtrā partē hoc loco proferit: vtrū aditū faci-  
 lem hostib⁹: an contagionem imitādī eius bellī periculofam fuiffe: aditus oīs, hoībus sine vl-  
 la facultate nauū nō modo difiūctus, fed etiā claufus fuit: vt illis, quib⁹ Siciliā ppinquā fuiff  
 fe dicis, facilius fuerit ad Oceanum puenire, q̄ ad Peloridem accedere. Cōtagio aut̄ ifta feruī  
 lis bellī, cur abs te potius, q̄ ab hīs omnibus, qui ceteras prouincias obtinuerūt, prādicatur:  
 an q̄ in Sicilia iam ante bella fugitiuorū fuerunt: at ea ipfa caufa est, cur ipfa prouincia mi-  
 nimo in periculo fit, & fuerit. Nam poſtea q̄ illinc M. Aglius deceſſit, omniū inſtituta, atq; edi-  
 cta pratorū fuerūt eiufmodī, vt ne quis cū telo feruus eſſet. Vetus eſt qd̄ dicam, & ppter ſer-  
 ueritatē exēpli nemini fortaffe veſtrū inauditū: L. Domitiū pratorē in Sicilia, cū aper ingens  
 ad eū allatus eſſet, admiratū reſiſſe, quis eū percufiſſet. cum audiſſet paſtorē cuiuſdā fuiſſe,  
 eū ad ſe vocari iuſſit. illum cupide ad pratorē quaſi ad laudē, atq; ad p̄miū accuriſſe, queſiſ-  
 ſe Domitiū, qui tātā beſtiā percufiſſet: illū reſpondiſſe, venabulo. ſtatim deinde iuſſu prato-  
 ris in crucē eſſe ſublātū. durū hoc fortaffe videat, neq; ego vllam in partē diſputo: tantū in-  
 telligo, maluiſſe Domitiū crudelē in aīaduertēdo, q̄ in pratermittēdo diſſolutū videri. Ergo  
 hīs inſtitutis prouincię, iam tū, cum bello fugitiuorū tota Italia arderet, homo nō acerrimus  
 nec fortiſſimus, Cn. Norbanus in ſummo otio fuit. perfacile enim ſeſe Sicilia tuebat, ne qd̄ in  
 ipſa bellū poſſet exiſtere. Etem cū nihil tā cōiūctū fit, q̄ negotiatores noſtri cū Siculis, vſu,  
 re, ratione, cōcordia, & cum ipſi Siculi res ſuas ita cōſtitutas habeāt, vt his pacē expediat eſ-  
 ſe: imperiū aut̄ populi Ro. ſic diligāt, vt id imminui, aut cōmutari minime velint: cūq; hęc ab  
 ſeruorū bello pericula, & pratorū inſtitutis, & dominorū diſciplina puiſa ſint: nullū eſt malū  
 domeſticū, qd̄ ex ipſa prouincia naſci poſſit. Quid igit̄: nulli ne motus in Sicilia ſeruorū. Ver  
 re pratore: nullę ne cōſenſiones factę eſſe dicunt̄: nihil ſane qd̄ ad S. P. & R. puenit, nihil qd̄  
 iſte Romā publice cōſcripſerit. & tñ cōeptū eſſe in Sicilia moueri aliquot locis ſeruitiū ſuſpi-  
 cor. id adeo nō tā ex re, q̄ ex iſtius factis, decretisq; cognosco. Ac videte q̄ nō inimico aīo ſim-  
 acturus. ego ipſe hęc, q̄ ille querit, q̄ adhuc nunq̄ audiſtis, cōmemorabo, & pferā. In Tricali  
 no, quē locū fugitiui iā ante tenuerūt, Leonidē cuiuſdā Siculi familia in ſuſpitionē eſt voca-  
 ta cōiurationis. res delata ad iſtū. ſtatim (vt par fuit) iuſſu eius hoīes q̄ nominati erant, com-  
 prehēſi ſunt, adductiq; Lilybēū: dño denūciatū eſt, vt ad eſſet: caufa dicta damnati ſunt. quid  
 deinde: quid cēſetis: furtū fortaffe, aut pdā expectatis aliquā: nolite vſquequaq; qdē quærere.  
 in metu belli, furādī q̄ locus poteſt eſſe: etiā ſiqua ſic fuit i hac re occaſio, p̄termiſſa eſt. tum  
 potuit a Leonida nūmorū aliqd̄ auferre, cū denūciauit, vt ad eſſet. fuit nūdinatio aliqua, & iſti  
 nō noua, ne cauſam diceret. etiā alter locus, vt abſoluerent. Damnatis quidē ſeruis, q̄ pdan-  
 dī pōt eſſe ratio: produci ad ſuppliciū neceſſe eſt. teſtes em̄ ſūt, qui in cōſilio fuerūt, teſtes pu-  
 blicę tabulę, teſtis ſplēdidiffima ciuitas Lilybetana, teſtis honeſtiſſimus, maximuſq; cōuent⁹  
 ciuū Romanorū. nihil poteſt, producendi ſunt itaq; producunt, & ad palum alligātur. Etiā  
 nunc mihi expectare videmini Iudices, qd̄ deinde factū ſit: q̄ iſte nihil vnq̄ fecit ſine aliquo  
 quæſtu, atq; præda. quid in eiufmodī re fieri potuit: qd̄ cōmodū eſt: expectate facinus q̄ vul-  
 tis improbū, vincā tñ expectationē omniū. nomine ſcleris, cōiurationisq; damnati, ad ſuppli-  
 ciū traditi, ad palū alligati, repente multis millibus hominū inſpectātibus ſoluti ſunt, & Leo-  
 nidē illi dño redditi. quid hoc loco poteſ dicere homo amētiffime: niſi id, qd̄ ego nō q̄ro, qd̄  
 deniq; in re tā nefaria, tameti dubitari nō pōt, tñ, ne ſi dubitet quidē, quæri oporteat: quid,  
 aut quātū, aut quomodo acceperis. remitto tibi hoc totū, atq; iſta te cura libero. neq; em̄ me  
 tuo ne hoc cuiq; perſuadeat, vt ad qd̄ facinus nemo, præter te, vlla pecunia adduci potuerit,  
 id tu gratis ſuſcipere conat⁹ ſis. Verū de iſta furandī prædandiq; ratiōe nihil dico, de hac i  
 peratoria iā tua laude diſputo. Quid ais bone cuſtos, defenſorq; prouincię: tu quos ſeruos ar-  
 ma capere, ac bellū facere in Sicilia voluiſſe cognoras, & de conſilii ſententia iudicaras, hos  
 ad ſuppliciū iā more maiorū traditos, & ad palum alligatos, ex mediā morte eripere, ac libe-  
 rare auſus es: vt quā damnatis ſeruis crucē fixeras, hanc indemnatis ciuib⁹ Ro. referuares:  
 Perditę ciuitates, desperatis om̄ib⁹ rebus, hos ſolēt exitus exitiales habere, vt damnati in in-  
 tegrū reſtituant, vincī ſoluant, exules reducant, res iudicatę reſcindant. quæ cum accidunt,  
 nemo eſt, qn̄ intelligat ruere illā rēp. hęc vbi veniūt, nemo eſt, q̄ vllā ſpem ſalutis reliquā eſſe  
 arbitret. atq; hęc ſicubi facta ſunt, facta ſunt vt homines populares, aut nobiles ſupplicio,  
 aut exilio leuant, vt nō ab his ipſis, qui iudicaſſent, vt nō ſtatim, vt non eorū facinorū da-  
 mnati, q̄ ad vitā & fortunas omniū ptinerēt. hoc vero nouū, & eiufmodī eſt, vt magis ppter

Exemplum  
 ſerui in  
 Paſtore Si-  
 culo.

Seruitium.

Ironia.

Exitus exitiales ciui-  
 tarum.



# In L. Verrem. Fo. LXXVI.

reū, q̄ ppter rē ipsā credibile esse videat, vt hoīes seruos, vt ipse qui iudicaret, vt statim e medio supplicio dimiserit, vt eius facinoris damnatos seruos, qđ ad omniū liberorū caput, & sanguinē prīneret. O pclarū Impatorē, nec iam cū M. Aquilio fortissimo viro, sed vero cum Paulis, Scipionib⁹, Mariis cōferendū: rātū ne vidisse in metu, periculoq; puinciē: cū seruitiorū animos in Sicilia suspētos ppter bellū Italię fugitiuorū videret, ne quis se cōmouere auderet, quātū terroris iniecit: cōprehendī iussit, quis non ptimeat: causam dicere dominos, qđ seruis tā formidolosum: fecisse videri pronūciauit, ortā videt flāmā pauorū dolore, ac morte restinuisse, quid deinde sequit: verbera, atq; ignes, & illa extrema ad supplicium damnatorū, metū ceterorū, cruciat⁹, & crux. hīsce oībus suppliciis sunt liberati, quis dubitet, quin seruorū aīos summa formidine oppresserit: cū viderēt ea facilitate pratorē, vt ab eo sceleris, cōiurationisq; damnatorū vita, vel ipso carnifice internūcio redimeret. Quid hoc in Apolloniēse Aristodamo: quid in Leōte Magarēsi nō idē fecisti: quid iste mot⁹ seruorū, belliq; subita suspitio, vtrū tibi tādē diligētā custodiēde puinciē, an nouā rationē improbillimī quāstus attulit: Halicyensis Eumenidē nobilis hoīs, & honesti magnę pecunię villicus, cū impulsu tuo in simulatus esset, HS. LX. a dño accepisti, qđ nuper ipse iuratus docuit quēadmodū gestū eēt. Ab Equite Ro. C. Matriniō absente, cū is esset Romę, qđ eius villicos, pastoresq; tibi in suspitionē venisse dixeras, HS. cētū abstulisti. Dixit hoc L. Flauius, qui tibi eā pecuniā numerauit, pcurator C. Matrini: dixit ipse C. Matrini⁹: dicit vir clarissim⁹ Cn. Lētulus Censor, qđ Matrini honoris causa, recētī negotio ad te literas misit, mittēdasq; curauit. Quid de Apollonio Diocli filio Panormitano, cui Gemino cognomē est, pteriri potest: ecqđ hoc tota Sicilia clari⁹: ecquid indignius: ecquid manifestius proferrī pōt: quem is, vti Panormum venit, ad se vocari, & de tribunali citari iussit, concursu magno, frequētiq; conuentus. hoīes statim loqui, mirari, qđ Apollonius homo pecuniosus tādū ab isto maneret integer: excogitauit, nescio quid attulit: profecto homo diues, repente a Verre nō sine causa citat: expectatio summa omniū, quidnā id esset, cū exanimatus subito ipse accurrat cū adolescēte filio, nam pater grādis natu iandū lecto tenebat, nominat iste seruū, quē magistrū pecoris esse diceret: eū dicit cōiurasse, & alias familias cōiurasse, is oīno seru⁹ in familia nō erat, eū statim exhiberi iubet. Apolloni⁹ affirmat seruū se oīno illo noīe habere neminē, iste hoīem arripi a tribunali, & in carcerē conici iubet, ille clamare, cū raperet, nihil se miserū fecisse, nihil cōmississe: pecuniā si bī esse in noībus, numeratā in p̄sentia non habere, hac cū maxime summa hominū frequētia testificaret, vt quīuis intelligere posset, eū qđ pecuniā nō dedisset, idcirco illa tā acerba iniuria affici: cū maxime vt dico hoc de pecunia clamaret: in vincla cōiectus est. Videte constātia p̄toris, & ei⁹ p̄toris, qđ in reb⁹ nō ita defendat, vt mediocris p̄tor, sed ita laudet, vt optim⁹ Impator. Cū seruorū bellū metueret, quo supplicio dños indemnatos afficiebat, hoc seruos damnatos liberabat. Apolloniū locupletissimū hoīem, qđ si fugitiuū bellū in Sicilia faceret, amplissimas fortunas amitteret, bellū fugitiuorū noīe iudicta causa, in vincla cōiecit: seruos, quos ipse cū cōsilio bellū faciēdi causa cōsensisse iudicauit, eos sine cōsilio sentētia, sua spōte oī supplicio liberauit. Quid: si ab Apollonio aliqd cōmissum est, quāobrē iure in eū aiaduertere, tamen ne hāc rem sic agemus, vt crimini, aut inuidiē reo putemus esse oportere, si quo de hoīe seuerius iudicauit: Nō agā tam acerbe, non vtar ista accusatoria consuetudine: si qđ est factū clemēter, vt dissolute factū criminer: si qđ vindicatū seuerē est, vt ex eo crudelitatis inuidiā colligā, non agā ista rōne, tua sequar iudicia, tuā defendā auctoritatē, quoad tu voles, simulac tute cæperis tua iudicia rescindere, mihi succēdere desinito, meo iure em̄ cōrēdā, eū qui suo iudicio cōdemnat⁹ sit, iuratorū iudiciū sentētiis dānari oportere. Nō defendā Apolloniū causam amici, atq; hospitis mei, ne tuū iudiciū videat rescindere: nihil de hoīs frugalitate, virtute, diligētia, dicā: p̄termittā illud etiā, de quo antea dixi, fortunas eius ita constitutas fuisse, familia, pecore, villis, pecuniis creditis, vt nemini minus expediret, vllum in Sicilia tumultū, aut bellū cōmoueri: nō dicā ne illud quidē, si maxime in culpa fuerit Apollonius, tñ in hoīem honestissimū, ciuitatis honestissimę, tā grauiter aiaduerti causa iudicta non oportuisse: nullā inuidiā in te, ne ex illis quidē rebus cōiurabo, cū esset talis vir in carcere, in tenebris, in squalore, in sordib⁹, tyrannicis interdētis tuis patri exacta ætate, & adolescenti filio adēdū ad illū miserū potestātē nunq̄ esse factā: etiā illud p̄teribo, quotiescunq; Panormū veneris illo anno & sex mētib⁹ (nam tādū fuit in carcere Apollonius) toties ad te Senatū Panormitanū adisse supplicē cū magistratib⁹, sacerdotibusq; publicis, oratē, atq; obsequē

[sed vere.]

Impator  
Nomina  
fama

Varro  
in Terentio  
1. 1.

1. 1.

1. 1.



crantē vt aliquando ille miser, atq; innocens calamitate illa liberaretur. Relinquā hęc oīa, q̄ si velim persequi, facile ostēdā tua crudelitate in alios, oēs tibi aditus misericordię iudicum iampridē esse preclusos. Omīa igit̄ cōcedā, & remittā, pręuideo em̄ quid sit defensus Hortensius, fatebit̄ apud istum, neq; senectutē patris, neq; adolescentiā filii, neq; lachrymas vtriusq; plus valuisse, q̄ vtilitatē, salutēq; prouincię. dicit Rēp. administrari sine metu, ac seueritate nō posse, quaret quāobrem fasces p̄torib⁹ pręferantur? cur secures datę? cur carcer edificatus? cur tot supplicia sint in improbos more maiorū cōstituta? Quę cū oīa grauiter, seueręq; dixerit, querā cur hunc eundem Apolloniū Verres idem, repente, nulla noua re allata, nulla defensione, sine causa, de carcere emitti iusserit? tantūq; in hoc crimine suspicionis esse affirmabo, vt iā ipsis iudicibus sine mea argumētatione cōiecturā facere permittā, qđ hoc genus p̄dandi, q̄ improbū, q̄ indignū, q̄q; ad magnitudinē questus imēsum, infinitūq; esse videat. Nā quę iste in Apollonio fecit, ea primū breuiter cognoscite quot, & quāta sint: deinde hęc expendite, atq; estimate pecunia: reperietis idcirco hęc in vno hoīe pecunioso tot constituta, vt ceteris formidines similiū incōmodorū, atq; exempla periculorū p̄ponerent. Primū infimulatio est repentina, capitalis, atq; inuidiosi criminis. statuite quāti hoc putetis, & q̄ multo redemisse. Deinde crimen sine accusatore, sentētia sine consilio, damnatio sine defensione. aestimate harū rerū omnīū p̄cia, & cogitate in his iniquitatib⁹ vnū hęcisse Apolloniū: ceteros, profecto multos ex his incōmodis pecunia se liberasse. Postremo tenebrę, vincula, carcer, inclusum supplicii, atq; a cōspectu parētū, ac liberū, deniq; a libero spiritu, & cōmuni luce seclusū. hęc vero, q̄ vel vitā redimī recte possunt, aestimate pecunia non queo. hęc oīa sero redemūt Apolloniū, iā mœrorē, ac miseris perdit⁹: sed tñ ceteros docuit, ante istius auaritię, ac sceleris occurrere. Nisi vero existimatis hoīem pecuniosissimū sine aliqua causa questus iniectū ad tā incredibile crimen: aut sine eadē causa repente e carcere emissum: aut hoc p̄dādū gen⁹ ab isto in illo vno adhibitū, ac tētātū, & nō per illū, omnibus pecuniosis Siculis: metū p̄positū, & iniectū, Cupio mihi Iudices ab illo subiici, qm̄ de militari eius gloria dico, si qđ forte p̄teritēo. nā mihi videor de oībus iā reb⁹ eius gestis dixisse, q̄ quidē ad bellū fugitiuorū p̄tinerēt suspicionē. certe nihil sciens p̄termisi. Habetis hoīs cōsilia, diligētiā, vigilantīā, defensionēq; prouincię. summa illuc pertinet, vt sciatis, qm̄ plura genera sunt imperatorū, ex quo genere iste sit. Ne diutius in tāta penuriā virorū fortiū talē imperatorē ignorare possitis: nō ad Q. Maximī sapientiā, neq; ad illius superioris Africani in re gerēda celeritatē, neq; ad hui⁹, qđ postea fuit, singulare consiliū, neq; ad Pauli rationē, ac disciplinam, neq; ad C. Marii vim, atq; virtutē, sed ad aliud genus imperatorū sane diligenter retinēdū, & cōseruādū, queso cognoscite. Itinerū primū laborē, qui vel maximus est in re militari Iudices, & in Sicilia maxime necessarius, accipite q̄ facile sibi iste, & iucundum ratione, cōsilioq; reddiderit. Primū tēporib⁹ hybernis, ad magnitudinē frigorū, & ad tēpestatū vim, ac fluminū, p̄clarū sibi hoc remediū cōparat. urbē Syracusas elegerat: cuius hic situs, atq; hęc natura esse loci, cęliq; dicit, vt nullus vnq; dies tā magna, turbulētāq; tēpestas fuerit, quin aliquo tēpore solē eius diei hoīes viderēt. hic ita viuebat iste bonus Impator hybernis mētib⁹, vt eū nō facile, nō modo extra tētū, sed ne extra lectū qđē qđ videret. ita diei breuitas cōiuiuis, noctis lōgitudō stupris, & flagitiis cōtinebat. Cū autē ver esse cœperat, cuius initiū iste, nō a Fauonio, neq; ab aliquo astro notabat, sed cū rosam viderat, tūc incipe ver arbitrabat: dabat se labori, atq; itinerib⁹. in qb⁹ vsq; eo se p̄bebat patiētē, atq; ipigrū, vt eū nemo vnq; in equo sedētē videret. nā, vt mos fuit Bithynię regib⁹, lectica octophoro ferebat, in q̄ puluinus erat perlucidus Melitensi rosa factus. Ipse autē coronā habebat vnā in capite, alterā ī collo, reticulūq; ad nares sibi apponebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenū rosę. Sic cōfecto itinere, cū ad aliqđ oppidū venerat, eadē lectica vsq; ad cubiculū deferebat. Eo veniebāt Siculorū magistrat⁹, veniebāt Eques Romani qđ ex multis iuratis audieris: cōtrouersię secreto deferebant, paulopost palā decreta auferant. deinde vbi paulisper in cubiculo p̄cio, nō ægrate iura descripserat, Veneri iā, & Libero reliquū tēpus deberi arbitrabat. Quo loco mihi nō p̄mittēda videt̄ p̄clarī Impatoris egregia, ac singularis diligētia. nā scitote esse oppidū in Sicilia nullū, ex iis oppidis, in quibus Prętores cōsistere, & cōuētū agere solēt, quo in oppido nō isti ex aliqua familia nō ignobilis, delecta ad libidinē mulier esset. Itaq; nōnullę ex eo numero in cōiuiū adhibebant palā. si q̄ castiores erāt, ad tēpus veniebant, lucem conuentumq; vitabant. Erant autem conuiuiā non illo silentio Prętorum, atq; Imperatorum, neq; eo pudore, qui in magistratum conuiuiis

Imperatorū nobiliū p̄stantiæ.

Syracusarū serenitas.

†astro.

Melitenensis rosa.



# In L. Verrem. V. on Fo. LXXVII.

versari solet, sed cū maximo clamore, atq; conuictio. nōnūq; etiā res ad manus, atq; ad pugna veniebat. iste em̄ Prætor seuerus, ac diligens, q; populū Ro. legibus nūq; paruisset, illis diligenter legibus, q; in poculis ponebant, obrēperabat. itaq; erāt exitus eiusmodi, vt alius inter manus e conuiuio, tāq; e prælio auferret, alius tāq; occisus relinqueret, pleriq; fusi sine mēte, ac sine vllō sensu iacerēt. quiuis vt cū aspexisset, nō se p̄toris cōuiuū, sed vt Cannensem pugna nequitię videre arbitraretur. Cū vero æstas summa esse iā cōperat, quod tempus oēs semp Sicilię prætores in itineribus cōsumere cōsueuerūt: propterea q; tū putāt obeūda esse maxime provinciā, cū in areis frumenta sunt: q; & familię cōgregant, & magnitudo seruitiū p̄spicitur, & labor operis maxime offendit, & frumētī copia cōmonet, tēpus anni nō impedit: tū inquit, cū cōcursant ceteri p̄tores, iste nouo quodā ex genere Imperator, pulcherrimo Syracusarum loco statua sibi castra faciebat. nā in ipso aditu, atq; ore portus, vbi primū ex alto sinus a vrbē ab littore inflectit, tabernacula carbaceis itēta velis collocabat. huc ex illa domo Prætoria, q; Regis Hieronis fuit, sic emigrabat, vt p̄ eos dies nemo istū extra illū locū videre posset. In eū autē ipsū locū aditus erat nemini, nisi q; aut socius, aut minister libidinis esse posset. huc oēs mulieres, q;bus iste cōsueuerat, cōueniebāt. quarū incredibile est quāta multitudo fuerit. Syracusis, huc hoīes digni istius amicitia, digni vita illa, cōuiuūsq; veniebāt, inter eiusmodi viros, ac mulieres adulta etate filius versabat: vt eū, etiā si natura a parētis similitudine abriperet, cōsuetudo tamē, ac disciplina patri similitudo esse cogeret. huc Tertia illa perducta p̄ dolū, atq; insidias ab Rhodio tibicine, maximas in istius castris effecisse turbas dicit: cum indigne pateret vxor Cleomenis Syracusani, nobilis mulier, itēq; Aeschionis honesto loco nata, in cōuētū suū mimi Isidori filiā venisse. Iste autē Hannibal, q; in suis castris virtute putaret oportere, nō genere certari, sic hęc Tertia dilexit, vt eā secū ex puincia exportaret. Ac p̄ eos dies cū iste cū pallio purpureo, talarisq; tunica versaret in cōuiuū muliebribus, nō offendebant homines in eo, neq; moleste ferebāt, abesse a foro magistratū, nō ius dici, nō iudicia fieri. lucū illū littoris, percrepare totū mulierū vocibus, cātūq; symphonie, in foro silentiū esse summū causarū, atq; iuris, nō ferebāt hoīes moleste. nō em̄ ius abesse videbatur a foro, neq; iudicia, sed vis, & crudelitas, & bonorū acerba, atq; indigna direptio. Hūc igitur tu Imperatorē esse defendis Horreū? huius furta, rapinas, cupiditatē, crudelitatem, superbiam, scelus, audaciā, rerū gestarū magnitudine, atq; Imperatoriū laudib⁹ tegere conaris! Hic scilicet est metuēdū, ne ad exitū defensionis tuę, verus illa Antoniana dicēdi ratio, atq; auctoritas p̄feratur, ne excites Verres, ne denudeat a p̄tore, ne cicatrices populus Ro. aspiciat, ex mulierum morfu vestigia libidinis, atq; nequitię, Diū faciāt, vt rei militaris, vt bellī mētionē facere audeas, cognoscenē em̄ oīa istius æra illa vetera, vt nō solū in imperio, verū etiā in stipendiis qualis fuerit intelligatis. renouabit prima illa militiā, cū iste e foro abduci, nō, vt ipse prædicat, p̄duci solebat. aleatoris Placētini castra cōmemorabunt: in q;bus cū frequēs fuisset, tamen ere dirutus est. multa eius in stipendiis damna p̄ferent, q; ab isto etatis fructu dissoluta, & cōpensata sunt. Iā vero, cū in eiusmodi patiētia turpitudinis, aliena, nō sua satietate obduruisset, qui vir fuerit, quot p̄fidia, q; munita pudoris, & pudicitie cepit vi, & audacia, qd me at tinet dicere: aut cōiūgere cū istius flagitio cuiusq; p̄terea dedec⁹? nō faciā Iudices, oīa vetera p̄mittā. duo sola recētia sine cuiusq; infamia ponā: ex q;bus cōiecturā facere de oībus possitis. Vnū illud, qd ita fuit illustre, notūq; oībus, vt nemo tam rusticanus homo L. Lucullo, M. Corta Consil. Romā ex vllō municipio vadimonii causa venerit, quin sciret, iura oīa Po. Ro. nutu, atq; arbitrio Chelidonis meretricule gubernari. Alterū, q; cū paludat⁹ exisset, vota q; p̄ imperio suo, cōmunisq; populū Ro. nūcupasset, noctu stupri causa lectica in vrbē introferri solitus est ad mulierē, nuptā vni, p̄positā oībus, cōtra fas, cōtra auspiciā, cōtra oēs diuinas, atq; humanas religiones. O diū immortales, qd interest inter mentes hominū, & cogitationes. ita mihi meā volūtatē, spēq; relique vite vestra populūq; Ro. existimatio cōprobet, vt ego quos adhuc mihi magistrat⁹ populus Ro. mādauit, sic eos accepi, vt me omnīū officiorū obstringi religione arbitrarer. Ita q̄stor sum factus, vt mihi honorē illū tū nō solū datū, sed etiā creditū, ac cōmissum putarē. sic obtinui q̄sturā in puincia Sicilia, vt omnīū oculos in me vnū coniectos arbitrarer: vt me, questurāq; meā, quasi in aliquo orbis terre theatro versari existi marē: vt oīa semp, q; iucūda videntē esse, nō modo his extraordinariis cupiditatibus, sed etiā ipsi nature, ac necessitati denegarē. Nūc sum designatus ædilis, habeo rationē quid a Populo Ro. acceperim: mihi ludos sanctissimos maxima cum cerimonia Cereri, Libero, Libereq; faciē

Statua castra.

Os portus.

Similem patri. Tertia.

Tpariq;

Anto. ora.

Perduci. Aere dirutus.

Nuncupatio votorū Nupta vni, p̄posita oībus.

Magistrat⁹ a Cicerone gesti. Extraordinarie cupiditates.



Aedilitia  
munera.

In loco po  
sita.

Repagula  
iuris.

Cybea na  
uis.

dos: mihi Florā matrē populo, plebiq; Ro. ludorū celebritate placandā: mihi ludos antiq; fimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cū dignitate, ac religione Ioui, Iunoni, Minervaeq; esse faciēdos: mihi sacrarū edū procurationē, mihi totā urbē tuendā esse cōmissam: ob earū rerū laborē, & sollicitudinē fructus illos datos, antiquiorē in Senatu sententiē dicendē locū, togā prętextā, sellam curulē, ius, imagines ad memoriā, posteritatēq; prodēdā. Ex his ego rebus omnibus Iudices, ita mihi deos oēs ppitios esse velim, vt, tametsi mihi iucūdisimus est honos populi, tamē nequaquā tantū capio voluptatis, quantū sollicitudinīs, & laboris vt hęc ipsa aedilitas, nō q̄a necesse fuerit, alicui cādidato data, sed q̄a sic oportuerit, recte collocata, & iudicio populi in loco posita esse videat. Tu cū esses p̄tor renunciatus quoquo mō (mitto em̄, & p̄tereo, qd tū sit actū) sed cū esses renunciat⁹, vt dixi, nō ipsa p̄conis voce excitatus es, q̄ te toties seniorū, iuniorūq; cēturiis illo honore affici p̄nūciauit, vt hoc putares, aliquid quam Reip. partē creditā: annū tibi illū vnū, domo carēdū esse meretricis! Cū tibi forte obtigisset, vt ius diceres, quātū negotiū, qd oneris haberes, nūq̄ cogitasti: neq; illud rationis habuisti, si forte expergefacerere te posses: eā puinciā quā tueri singulari sapiētia, atq; integritate difficile esset, ad summā stultitiā, nequitiaq; venisse. Itaq; nō mō domo tua Chelidonē in p̄tura extrudere noluiti, sed in Chelidonis domū prętura tuā totā derulisti. Secuta puincia est: in qua tibi nūq̄ venit in mentē, nō tibi idcirco fascēs, & secures, & tāta imperiū vim, tātaq; ornamentorū omniū dignitatē datā, vt earū rerū vi, & auctoritate omnia repagula iuris, pudoris, & officii p̄fringeres, vt omniū bona prędā tuā duceres: nullius res tuta, nullius domus clausa, nullius vita septa, nullius pudicitia munita, cōtra tuā cupiditatē, & audaciam, posset esse. in qua tu te ita gessisti, vt cū oibus tenere rebus, ad bellū fugitiuorū confugas: ex quo iā intelliges, nō mō tibi nullā defensionē, sed maximā vim criminū exortā. Nisi forte Italici belli fugitiuorū reliquias, atq; illud Thempsanū incōmodū p̄feres, ad qd recens, cū te peropportune fortuna obtulisset, si qd in te virtutis, atq; industrię fuisset, idē, q̄ semp fueras, inuētus es. Cū ad te Valērii venissent, & p̄ his homo disertus, & nobilis M. Marius loqueretur, vt negotiū susciperes: vt, cū penes te p̄torū imperiū, ac nomē esset, ad illā paruā manū extinguedā ducē te, principēq; p̄beres, nō modo id refugisti, sed eo ipso tēpore, cū esses in litore, Terrā illa tua, quā tecū deportabas, erat in omniū conspectu. ipsis autē Valēriis ex tā illustri, nobiliq; municipio, tātis de rebus respōsum nullū dedisti, cū esses cū tunica pulla, & pallio. Quid hunc p̄ficiscentē, qd in ipsa puincia fecisse existimatis: qui cū iam ex puincia, non ad triumphū, sed etiā ad iudiciū decederet, ne illā quidē infamiā fugerit, quā sine vlla voluptate capiebat. O diuina Senatus frequētis in aede Bellonę admurmuratio. memoria tenetis Iudices, cum aduesperasceret, & paulo ante esset de hoc Thempsano incōmodo nunciatum, cum inueniret homo qui in illa loca cū imperio mitteret, dixisse quendam, Verrem esse nō longe a Thempsa: q̄ valde vniuersi admurmurarint: q̄ palam principes contradixerint: Et is tot criminibus, testimoniisq; conuictus in eorū tabellis spem sibi aliquam ponit, quorum omniū palam, causa incognita, voce damnatus est. Esto nihil ex fugitiuorum bello, aut suspitione belli, laudis adeptus est: q̄ neq; bellū eiusmodi, neq; belli fuit periculū in Sicilia, neq; ab isto puisum est, ne qd esset: at vero cōtra bellū prędonum classē habuit ornatā, diligentiaq; in eo singularē. itaq; isto prętore p̄clare defensa puincia est. Sic de bello prędonū, sic de classe Siciliensi Iudices dicā, vt hoc iā ante confirmē, in hoc vno genere oēs inesse culpas istius maximas auaritię, maiestatis, demēticię, libidinis, crudelitatis. Hęc dū breuiter expono, quęso, vt fecistis adhuc, diligenter attendite. Rem naualem primū ita dico esse administratam, non vti puincia defenderet, sed vt classis nomine pecunia quęreret. Superiorū prętorum cōsuetudo cum hęc fuisset, vt naues ciuitatibus, certusq; numerus nautarū, militūq; imperaretur, maxime, & locupletissimę ciuitati Mamertinē nihil horum imperauisti. ob quam rē qd tibi Mamertini pecunię clā dederint, post videbit: ex ipsorū literis & testib⁹ quę remus. Nauē vero Cybeam maximā, triremis instar, pulcherrimā, atq; ornatissimā, palā adificatam sumptu publico, sciente Sicilia, p̄ magistratū, senatūq; Mamertinū, tibi datā donatāq; esse dico. Hęc nauis onusta pręda Siciliensi, cū ipsa quoq; esset ex pręda, simul cū iste decederet, appulsa Velia est, cū plurimis rebus, & iis quas ante Romā mittere cū ceteris furtis noluit, q̄ erāt charissimę, maximeq; eū delectabāt. Eā nauem nuper egomet vidī Velię, multiq; alii viderūt, pulcherrimā, atq; ornatissimā Iudices. quę quidē oibus, q̄ eā aspexerāt, p̄spectare iā exiliū, atq; explorare fugā domini videbat. Quid mihi hoc loco respondebis: nisi forte id



quod tamen pbari nullo modo potest, tamē dici quidē in iudicio de pecuniis repetūdis necesse est, de tua pecunia cōstare aedificatā esse eā nauē. Aude hoc saltem dicere qd necesse est, noli metuere Hortēsi ne querā, q licuerit aedificare nauē Senatori: antique sunt istę leges, & mortuę quēadmodū tu soles dicere, q̄ vetāt. fuit ista responsio quondā, fuit ista seueritas in iudiciis, vt istā rē accusator in magnis criminibus obiciendā putaret, qd em̄ tibi nauē opus fuit: q̄ si quo publice p̄ficisceris, & p̄sidii, & vecturę causa sumptu publico nauigia p̄berentur, priuatim autē nec proficisci quoq̄ potes, nec accersere res trāsmarinas ex iis locis, in qb̄ tibi habere, mercari nihil licet. Deinde cur q̄c̄ cōtra leges parasti: valeret hoc crimē ī illa veteri seueritate, ac dignitate Reip. nūc nō mō te hoc crimine non arguo, sed ne illa quidē cōmuni vituperatione reprehēdo. Postremo tu tibi hoc nūq̄ criminofum, nūq̄ inuidiosum fore putasti: celeberrimo loco palam tibi aedificari onerariā nauē in ea prouincia quā tu cū imperio obtinebas: quid eos loqui, qui videbāt, qd existimare eos, qui audiebāt, arbitrare: inane te nauē esse in Italiā deducturū: nauiculariā te, cū Romā venisses, esse facturū: Ne illud quidē quisq̄ poterat suspicari, te habere in Italia maritimū fundū, & ad fructus deportādos onerariā nauē cōparare. Eiusmodi de te voluisti sermonē esse omniū: palā vt loqueretur, te illam nauē parare, quā prādā ex Sicilia deportaret, & quā ad ea furta, quā reliquisses, cōmearet: Verū hęc omnia, si doces nauē de tua pecunia aedificatam, remitto, atq̄ cōcedo. sed hoc homo amērissime nō intelligis priore actione ab istis ipsis tuis Mamertinis laudatoribus esse sublatū. nā dixit Heius princeps ciuitatis, princeps istius legationis, q̄ ad tuā laudationem missa est, nauē tibi operis publicis Mamertinorū esse aedificatā, eiq̄ faciendā Senatorē Mamertinū publice p̄fuisse. Reliqua est materies. hęc Rhegynis, vt ipsi dicūt, (tametsi tu negare nō potes) publice q̄ Mamertini materies nō habēt, imperauisti. Si, & quo fit nauis, & q̄ faciunt, imperio tibi tuo, nō precio p̄sto fuerūt, vbi tādē istuc latet, quod tu de tua pecunia dicis impensum: At Mamertini in tabulis nihil habēt. primū video potuisse fieri, vt ex aulario nihil darēt. etenim vel Capitoliū, sicut apud maiores nostros factū est, publice gratis coactis fabris, operisq̄ imperatis, ex aedificari, atq̄ effici potuit. dein id qd p̄spicio, & qd ostēdā cum istos produxero, ip̄sorū ex literis, multas pecunias isti erogatas in operū locationes falsas, atq̄ inanes esse p̄scriptas. nā illud minime mirū est, Mamertinos, a quo summū beneficium acceperāt, quē sibi amiciosem q̄ populo Ro. esse cognouerāt, eius capiti literis suis p̄percisse. Si argumento est, Mamertinos pecunias tibi nō dedisse, quia scriptū nō habēt, sit argumento, tibi gratis constare nauē, quia qd emeris, aut quid locaueris, scriptū p̄ferre nō potes. At enim idcirco nauē Mamertinis nō imperasti, q̄ sunt fœderati. Dii approbēt. habem⁹ hominem in Fecialiū manibus educatū, vnum, p̄ter ceteros, in publicis religionibus fœderum, sanctū, diligentē, omnes q̄ ante te, Prętores fuerūt, dedant Mamertinū, q̄ iis nauē contra pacem fœderis imperarint. Sed tamē tu sancte homo, ac religiose, cur Taurominitanis itē fœderatis nauē imperasti: an hoc p̄babis: in equa causa populorū, sine precio variū ius, & difparem conditionē fuisse: Quid si eiusmodi esse hęc duo fœdera duorū populorum Iudices doceo, vt Taurominitanis nominatim cautū, & exceptū sit fœdere, ne nauē dare debeāt: Mamertinis in ip̄so fœdere sanctū, atq̄ p̄scriptū sit, vt i nauē dare necesse sit: istū autē contra fœdus, & Taurominitanis imperasse, & Mamertinis remisisse: num cui dubium poterit esse, quin Verre prętor plus Mamertinis Cybea, q̄ Taurominitanis fœdus opitulatū sit: Recitentur fœdera. Isto igitur tuo, quēadmodū p̄dicās, beneficio, vt res indicat, precio, atq̄ mercede, minuisti maiestatem reip. minuisti auxilia populi Ro. minuisti copias, maiorū virtute, ac sapientia cōparatas, sustulisti ius imperii, conditionē seniorū, memoriā fœderis. Qui ex fœdere ip̄so nauē vel vsq̄ ad Oceanū, si imperassemus, sumptu periculoq̄ suo armatā, atq̄ ornatā mittere debuerūt, hī ne in freto ante sua tecta & domos nauigarēt, ne sua moenia, portusq̄ defenderēt, precio abs te ius fœderis, imperii cōditionē emerūt. Quid cęsetis in hoc fœdere faciūdo voluisse Mamertinos impedere laboris, operę, pecunię, ne hęc biremis ascriberetur, si id villo modo possent a nostris maiorib⁹ impetrare: nā cū hoc munus imperaret tā graue ciuitati, inerat nescio quo mō in illo fœdere societatis quasi qdā nota seruitutis. Qd rū recētib⁹ suis officiis, integra re, nullis Po. Ro. difficultatib⁹, a maiorib⁹ nostris fœdere asseq̄ non potuerūt, id nūc nullo nouo officio suo, tot annis post, iure Imperii nostri quotannis vsurpato, ac semp̄ retēto, summa ī difficultate nauiū, a C. Verre p̄cio assecuti sunt. At nō hoc solū assecuti, ne nauē darēt, ecquē naurā, ecquē militē, q̄ aut ī classe, aut ī p̄sidio eēt, te p̄tore p̄

Leges mortuę.

Fuit. i. esse desit. vt Fumus Troes. fuit Illion &amp;c.

Nauiculariā facere.

Operis. i. seruis.

Fœderati populi.

Alii vsurpata &amp; res tenta legentes ad iura referunt.



## Actio. VII.

trienniū Mamertini dederunt: deniq; cū ex Senatusconsulto, itēq; ex lege Terentia, & Cassia  
 frumētū æquabiliter emi ab oībus Sicilię ciuitatib; oporteret, id quoq; munus leue, atq; cō-  
 mune Mamertinis remisisti. Dices frumētū Mamertinos nō debere, quomodo nō debere: an  
 vt ne vederēt: nō em̄ erat hoc genus frumēti ex eo genere qđ exigeret, sed eo, qđ emeretur.  
 Te igit auctore, & interprete, ne foro qđē, & cōmeatu Mamertini populū Ro. iuuare debue-  
 runt. Quę rādē ciuitas fuit, qđ deberet: qui publicos agros arāt, certū est qđ ex lege Censoria  
 dare debeāt. cur iis quicq; p̄terea, ex alio genere ip̄rauisti: Quid decumani: nū qđ p̄ter singu-  
 las decumas ex lege Hieronica debēt: cur iis quoq; statuisti, quātū ex hoc genere frumentū  
 empti darēt: Qui sūt immunes, ii certe nihil debēt. at iis nō mō ip̄raasti, verū etiā quo plus  
 darent qđ poterāt, hęc sexagena millia modiu, qđ Mamertinis remiseras, addidisti. Neq; hoc di-  
 co, ceteris nō recte imperatū esse. Mamertinis, qđ erāt in eadē causa, & qbus superiores oēs p̄-  
 tores item, vt ceteris, imperarāt, pecuniāq; ex senatusconsulto, & ex lege dissoluerāt, kis dico  
 non recte remissum. Et vt hoc beneficiū, quēadmodū dicis, trabali clauo figeret, cum cōsilio  
 causam Mamertinorū cognoscit, & de cōsiliū sentētia Mamertinis se frumētū nō imperare p̄-  
 nunciat. audite decretū mercenarii p̄toris ex ipsius cōmentario, & cognoscite quanta in cō-  
 stituendo iure sit auctoritas. Recita cōmentariū. R. C. Libēter ait se facere, itaq; perscribit.  
 quid si hoc verbo non esses vsus libenter: nos videlicet, inuitum te quęstum facere putare-  
 mus: Ac de cōsiliū sententia, p̄clarum recitari cōsiliū Iudices audistis. vtrū vobis cōsiliū  
 recitari tandē p̄toris videbat, cū audiebatis nomina: an p̄donis improbissimi societas, atq;  
 comitatus: an fœderū interpretes, societatis pactores, religionis auctores: Nūq; in Sicilia fru-  
 mentū publice est emptū, quin Mamertinis p̄ portione imperaret, anteq; hoc delectū, p̄cla-  
 rumq; cōsiliū iste dedit, vt ab his nummos acciperet, ac sui similis esset. Itaq; tantum valuit  
 istius decreti auctoritas, quātū debuit eius hominis, qđ a qbus frumentū emere debuisset, iis  
 decretum vendidisset. nā statim L. Metellus, vt isti successit, ex C. Sacerdotis, & Sex. Peducei  
 instituto, ac literis frumentū Mamertinis ip̄rauit. tū illi intellexerunt, se id, qđ a malo au-  
 ctore emisissent, diutius obtinere nō posse. Age porro tu, qđ te tā religiosum existimari volui-  
 sti interpretē fœderū, cur Taurominitanis frumētū, cur Netinis ip̄raasti: quarū ciuitatum  
 vtraq; fœderata est. Ac Netini quidē sibi nō defuerūt. nam simulac p̄nunciaasti, libēter te Ma-  
 mertinis quidē remittere, te adierūt, & eandē suā causam fœderis esse docuerūt. tu aliter de-  
 cernere in eadē causa nō potuisti: p̄nūcias Netinos frumentū dare nō oportere, & ab his ta-  
 men exigis. Cedo mihi eiusdē p̄toris literas, & rerū decretarū, & frumēti imperati, & rerū  
 decretarum tritici empti. Quid potius in hac rāta, ac tā turpi incōstantia suspicari possum?  
 Iudices, qđ id qđ necesse est: aut istā a Netinis pecuniā cū posceret, nō datā: aut id esse actum,  
 vt intelligerent Mamertini, se bene apud istū tā multa precia, ac munera collocasse, cū idem  
 alii iuris ex eadē causa non obtinerēt. Hic mihi etiā audebit mētionē facere Mamertinę lau-  
 dationis. in qua qđ multa sint vulnera, quis est vestrū Iudices quin intelligat: Primū, vt in iu-  
 diciis, qui decē laudatores dare nō potest, honestius est ei nullū dare, qđ illū quasi legitimum  
 numerū cōsuetudinis nō explere. tot in Sicilia ciuitates sunt, qbus tu p̄ trienniū p̄fuisisti: ar-  
 guunt ceterę: pauce, & paruę metu repressę silent: vna laudat. hoc qđ est: nisi intelligere qđ  
 habeat vtilitatis vera laudatio: sed tamē ita Verres p̄uincię p̄fuisisti, vt hac vtilitate necessa-  
 rio sit carendū. Deinde id quod alio loco antē dixi, qđ est ista tandē laudatio: cui? laudariōis  
 legati principes, & publice tibi nauē adificatā, & priuatim se ipsos abs te spoliatos, expilatos  
 qđ esse dixerūt: Postremo qđ aliud isti faciūt, cū te soli ex Sicilia laudāt, nisi testimonio nobis  
 sunt, oīa sibi esse largitū, qđ tu de republica nostra detraxeris: Quę colonia est in Italia, tā bo-  
 no iure: qđ tā immune municipiū: qđ p̄ hos annos. tā cōmoda vacatione sit vsūm omniū re-  
 rum, qđ Mamertina ciuitas p̄ trienniū: soli, ex fœdere qđ debuerūt nō dederūt: soli isto p̄tore  
 omniū rerū immunes fuerūt: soli in istius imperio ea cōditione vitę fuerunt, vt populo Ro.  
 nihil darēt, Verri nihil denegarēt. Verū vt ad classem, quo ex loco sum digressus, reuertar,  
 accepisti a Mamertinis nauē cōtra legē, remisisti cōtra fœdera. ita in vna ciuitate bis impro-  
 bus fuisti: cū & remisisti, qđ nō oportebat: & accepisti, qđ nō licebat. exigere te oportuit nauē  
 uem, qđ cōtra p̄dones, nō qđ cū p̄da nauigaret: qđ defenderet ne p̄uincia spoliaret, nō qđ noua p̄-  
 uincię spolia portaret. Mamertini tibi & vrbē, quo furta vndiq; portares, & nauē, qua expor-  
 tares, p̄buerūt. illud tibi oppidū receptaculū p̄de fuit: illi hoīes testes, custodesq; furtorū: illi  
 tibi & locū furtis, & furtorū vehiculū cōparauerūt. Itaq; ne tū quidē cum classem auaritia,

Trabalus  
clauus.

Decē lauda-  
tores.



ac nequitia tua perdidisti, nauē Mamertinis imperare ausus es, quo tēpore in tāta inopia nauium, tantaq; calamitate prouincię, etiā si precario essent rogādi, tamē ab his impetraret. re  
 primebat em̄ tibi & imperādi vim, & rogandi conatū preclara illa nō populo Ro. reddita bi  
 remis, sed pretori donata Cybea. Ea tui merces imperii, auxiliū iuris, cōsuetudinīs, fœderis.  
 Habetis vnus ciuitatis firmū auxiliū amissum, ac venditū precio, cognoscite nunc nouā p  
 dandī rationem, ab hoc primū excogitatā. Sumptū omnem in classem frumento, stipendio,  
 ceterisq; rebus, Nauarcho suo quaq; ciuitas semper dare solebat. is neq; vt accusaretur a  
 nautis committere audebat, & ciuibus suis rationē referre debebat: in illo omni negotio nō  
 modo labore, sed etiā periculo suo versabat. Erat hoc, vt dico, factitatū semp, nec solū in Sicī  
 lia, sed in omnibus puinciis, etiā in sociorū, & Latinorum stipendio, ac sumptu tum cum il  
 lorum auxiliis vti solebamus. Verres post imperium constitutū, primus imperauit, vt ea pe  
 cunia Omnis a ciuitatibus sibi adnumeraret, vt is eam pecuniam tractaret, quē ipse præfecit  
 set. cui potest esse dubium, quamobrē & omniū consuetudinē veterē primus immutaris! &  
 tantam vtilitatem per alios tractandę pecunię neglexeris! & tantam difficultatē cū crimine  
 molestię, cū suspitione susceperis! Deinde alii quęstus instituunt: ex vno genere nauali videte  
 q̄ multi: accipere a ciuitatibus pecunias, ne nautas darent: precio certo missos facere nautas:  
 missorum omne stipendiū lucrari: reliquis quod deberet, nō dare. Hęc omnia ex ciuitatū te  
 stimoniis cognoscite. Recita testimonia ciuitatum. Huncine hominē! hancine impu  
 dentiam Iudices! hancine audaciā! ciuitatibus p numero militū pecuniarū summas descri  
 bere, certo precio sexcentenos nūmos nautarū missione cōstituere, quos qui dederat, cōmea  
 tu potius atatis abstulerat. iste qđ & nautę nomine p stipendio, frumētōq; acceperat, luera  
 batur. Itaq; quęstus duplex vnus missione fiebat. Atq; hęc homo amentissimus in tāto præ  
 donum impetu, tātoq; periculo puincię, sic palam faciebat, vt & ipsi prædones scirent, & tota  
 prouincia testis esset. Cū ppter istius hanc tantā auaritiā, nomine classis, essent in Sicīlia re  
 quidem vera naues inanes, quę prædā p̄tori, nō quę p̄donibus metū afferret: tamē, cū P. Cese  
 cius, & P. Tadi⁹ decē nauibus his semiplenis nauigarēt, nauē quādā piratarū præda refertā,  
 non ceperūt, sed abduxerunt onere suo plane captā, atq; depressam. Erat ea nauis plena iu  
 uenturis formosissime, argētī facti, atq; signati, multa cum stragula veste. Hęc vna nauis ex  
 classe nostra nō capta est, sed inuenta ad Megaridē, qui locus est nō longe a Syracusis, quod  
 vbi istī nunciatū est: tamen noctu cū mulierculis iacebat ebrius, erexit se tamē, & statim quę  
 stori, legatoq; suo custodes misit cōplures, vt omnia sibi integra, q̄ primū exhiberent. Appelli  
 tur nauis Syracusas, expectat ab omnibus, supplicii sumi de captiuis putatur. Iste quasi præ  
 da sibi aduecta, nō prædonibus captis, si q; fenes aut deformes erāt, eos in hostiū numero du  
 cit. qui aliqd forme, atatis, artificiiq; habebāt, abducit oēs: nonnullos scribis suis, filio, cohorti  
 tiq; distribuit: symphonicos hoīes sex, cuidam amico suo Romā muneri misit. nox illa tota  
 exinanienda naui cōsumit. Archipiratā ipsū videt nemo, de quo supplicii sumi oportuit:  
 hodieq; omnes sic habēt persuasum (quid eius sit, vos cōiectura quoq; assequi debetis) istū  
 clam a piratis ob hunc Archipiratā pecuniā accepisse. coniectura bona est. Iudex esse bonus  
 nemo potest, q̄ suspitione certa nō mouet. hominē nostis: cōsuetudinēq; omniū tenetis: q̄ du  
 cem prædonū, aut hostiū ceperit, q̄ libenter eū palā ante oculos omniū esse patiat. Hominē  
 in tanto cōuentu Syracusis vidī neminē Iudices, q̄ Archipiratam captum vidisse se diceret,  
 cum omnes, vt mos est, vt solet fieri, cōcurrerēt, quęrerēt, videre cuperent. qđ accidit, cur tā  
 to opere iste homo occultaret! vt eum ne casu quidē quisq; aspicere posset! Homines Mamerti  
 ni Syracusis, q̄ sepe istius ducis nomē audissent, cū eū sepe timuissent, cum eius cruciatu, atq;  
 supplicio pascere oculos, animūq; exaturare vellēt, potestas aspiciēdi nemini facta est. Vnus  
 plures prædonū duces viuos cepit P. Seruilius, q̄ oēs antea, ecqñ igit̄ isto fructu qđ caruit,  
 vt videre piratā captū nō liceret! At contra, quacūq; iter fecit, hoc iucundissimū spectaculū  
 omnibus, victorū, captorūq; hostiū præbebat. itaq; ei cōcursus vndiq; fiebat, vt non mo  
 do ex his oppidis, qua ducebātur, sed etiā ex finitimis visendi causa cōuenirēt. Ipse autē triū  
 phus quamobrē omniū triūphorū gratissimus populo Ro. fuit atq; iucundissimus! quia ni  
 hil est victoria dulcius, nullū est autē testimoniū victorię certius, q̄ quos sepe metueris, eos  
 te victos ad supplicii duci videre. Hoc tu quāobrē non fecisti! quāobrē ita iste pirata cela  
 tus est, quasi eū aspicere nefas esset! quāobrē supplicii nō sumpsisti! quā ob causam hoīem re  
 seruasti! ecquē audisti in Sicīlia antea captū Archipiratā, q̄ nō securi percussus sit! vnum cedo

Precario:

Nauis  
appellitur  
Syracusas.Victoria  
nihil dulci  
us.



## Actio. VII.

auctore tui facti, vnus pfer exēplū. viuū tu Archipiratā seruabas, quē p triūphū credo, quē ante currū tuū duceres. neq; eū quicq; erat iā reliquū, nisi vt classe populi Ro. pulcherrima amissa, puinciaq; lacerata, triūphus naualis tibi decerneret. Age porro, custodiri ducem p̄donum nouo more, q̄ securi feriri omnīū exēplo magis placuit. quæ sunt istę custodiæ: apud quos hoies: quēadmodū est asseruatus: † Latumias Syracusanas oēs audistis, pleriq; nostis. opus est ingēs, magnificū, regū, ac tyrannorū: totū est ex saxo, in mirādā altitudinē depressum, & multorū operis penitus excisum. nihil tā clausum ad exitus, nihil tā septū vndiq; nihil tā tutū ad custodias nec fieri, nec cogitari potest. in has Latumias, si q̄ publicę custodię di sunt, etiā ex ceteris oppidis Sicilię deduci imperant. Eo q̄ multos captiuos ciues Romanos cōiecerat, & q̄ eodē ceteros piratas † cōtrudi imperarat, intellexit, si hūc subdititiū Archipiratā in eandē custodiā dedisset, fore vt a multis illis in Latumiis verus ille dux q̄rere tur. itaq; hominē huic optime, tutissimęq; custodię nō audet cōmittere. deniq; Syracusas totas timet. amādat hominē. quo: Lilybæū fortasse, video: tamē hoies maritimos non plane reformidat. Minime Iudices. Panormū igit: audio: q̄q; Syracusis, quoniā in Syracusano captus erat, maxime si min⁹ supplicio affici, at custodiri oportebat. Ne Panormū quidē. Quid igit: quo putatis: ad homines a Piratarū metu, & suspitione alienissimos, a nauigādo, tebusq; maritimis remotissimos, ad Centuripinos, hoies maxime mediterraneos, summos aratores, qui nomē nunq; timuissent maritimi p̄donis, vnū te p̄tore horruissent Aproniū terrestre Archipiratā. Et vt quiuis facile perspiceret, id ab isto actū esse, vt ille suppositus facile & libēter se illum qui nō erat, esse simularet, imperat Cēturipinis, vt is victu, ceterisq; rebus q̄liberalifime cōmodissimęq; habeat. Interea Syracusani homines periti, & humani, q̄ nō modo ea, q̄ perspicua essent, videre, verū etiā occulta suspicari possent, habebāt rationē oēs quotidie piratarum, q̄ securi ferirent: q̄ multos esse oporteret, ex ipso nauigio, qd̄ erat factū sex remorū numero, coniciebant. Iste q̄ oēs, qui artificii aliquid habuerāt, aut formę, remouerat, atq; abduxerat, reliquos si vt cōsuetudo est, vniuersos ad palū alligasset, clamorē populi fore suspicabatur, cū † tanto plures abducti essent, q̄ relictī. propter hanc causam cum instituisset, alios alio tempore p̄ducere, tamē in tanto cōuetu nemo erat, quin rationē numerūq; haberet, & reliquos nō desideraret solum, sed etiā posceret, & flagitaret. Cū maximus numerus deesset, tum iste homo nefarius in eorū locū, quos domū suam de piratis abduxerat, substituere, & supponere cœpit ciues Romanos, quos in carcerē antea coniecerat: quorū alios Sertorianos milites fuisse insimulabat, & ex Hispania fugiētes ad Siciliā appulso esse dicebat: alios q̄ a p̄donib⁹ erāt capti, cū mercaturas facerēt, vt aliquā ob causam nauigarēt, sua volūtate cū piratis fuisse arguebat. Itaq; alii ciues Ro. ne cognoscerent, capitibus obuolutis e carcere ad palum atq; ad necē raptēbant: alii cū a multis ciuib⁹ Ro. cognoscerent, ab oibus defenderēt, securi feriebant. quorū ego de acerbissima morte, crudelissimoq; cruciatu dicā, cū eū lo cum tractare cœpero: & ita dicā, vt si me in ea querimonia quā sum habiturus de istius crudelitate, & de ciuiū Ro. indignissima morte, nō modo vires, verū etiā vita deficiat, id mihi p̄clarū, & iucundū putē. Hęc igit est gesta res, hęc victoria p̄clara: myoparone piratico capto, dux liberatus, symphoniaci Romā missi, formosi hoies, & adolecētes, & artifices domū abducti: in eorū locū, & ad eorū numerū ciues Ro. hostilē in modū cruciati, & necati: oīs vestis ablata: omne aurū, & argētū, & ablatū, & auersum. At quēadmodum ipse sese induit priore actione: q̄ tot dies tacuisset, repēte in M. Annii hominis splēdidissimi testimonio, cū is ciues Ro. dixisset, & Archipiratā negasset securi esse p̄cussum, exiuit cōscientia sceleris, & furore ex maleficiis cōcepto excitatus, dixit se, q̄ sciret sibi crimini datū iri pecuniā accepisse, neq; de vero Archipirata sumpsisse suppliciu, ideo securi nō p̄cussisse: domi esse apud sese Archipiratas dixit duos. O clemētiā Po. Ro. seu potius patiētiā mirā, ac singularē. ciue Ro. securi esse p̄cussum Annii eques Ro. dicit. taces. Archipiratā negat. fateris. sit in eo gemitus oīm & clamor. cū tñ a p̄senti supplicio tuo se continuit populus Romanus, & repressit, & salutis tuę rationē iudicū seueritati reseruauit. Qui sciebas tibi crimini datū iri: quāobrē sciebas: quāobrē etiā suspicabare: inimicū habebas neminē. si haberes, tñ nō ita vixeras vt metū iudicū p̄positū habere deberes. an te, id qd̄ fieri solet, cōsciētia timidū, suspitiosumq; faciebat: q̄ igit cū esses in imperio iā tū iudiciū, & crimē horrebas, is cum tot testibus coarguare, potes de damnatione dubitare: Verū si crimē hoc metuebas, ne qs abs te suppositū esse diceret, qui p̄ Archipirata securi feriret, vtrū tādē tibi ad defensionē firmius esse putasti: iudiciū coactū

† Latumias

as.

† quo.

† quo.

† condi.

Amā dare.

† altero tanto.

Symphoniaci.

Vt cū vellet p̄duceret.



atq; efflagitatu: eo pducere, ad ignotos tato post eu que archipirata esse diceret: an recenti re, Syraculis apud notos, inspectate Sicilia pene tota, securi ferire: Vide qd interfit, vtru facie dum fuerit. in illo reprehensio nulla esse potuit: hic defensio nulla est, itaq; illud semp oes fecerunt: hoc qs ante te, qs pter te fecerit, qro. Pirata viuū tenuisti, que ad fine: dū cū imperio fuisti: quā obrē: quā ob causam: quo exēplo: cur tā diu: cur inquā ciuib<sup>9</sup> Romanis, quos pirata ceperāt, securi statim pcussis, ipsi piratis lucis vsurā tā diuturnā dedisti: Verū esto, sit tibi illud liberū omē tēpus qd cū imperio fuisti, etiā ne priuat<sup>9</sup>: etiā ne reus: etiā ne pene dānatus, hostiū duces priuata in domo retinuiisti: Vnū, alterū mēsem, ppe annū, deniq; domi tuę piratę, a quo tēpore capti sunt, quoad p me licitū est, fuerūt, hoc est quoad p M. Aciliū Glabrio nem licitū est, q postulāte me, pducī, atq; in carcerē cōdi imperauit. Qd est huiusce rei ius: que cōsuetudo: qd exēplū: hostē acerrimū, atq; infelissimū Po. Ro. seu potius cōmunē hostē gentiū, nationūq; omniū, quisq; omniū mortaliū priuatus intra mœnia domi suę retinere poterit: qui si pridie, q̄ a me tu coactus es cōfiteri, ciuib<sup>9</sup> Ro. securi pcussis, p̄donū ducē viuerē, apud te habitare: si inquā pridie domo tua pfugisset, si aliquā manū cōtra populū Ro. facere potuisset, qd diceret: apud me habitauit, mecū fuit, ego illū ad iudiciū meū, quo facilius crimē inimicorū diluere possem, viuū, atq; incolumē referuauī. Ita ne vero: tu tua pericula cōmuni periculo defendes: tu supplicia, q̄ debent hostibus victis, ad tuū nō ad Pop. Ro. tempus cōferes: Po. Ro. hostis priuatis custodiis asseruabit: At etiā qui triūphant, eog; diutius viuos hostiū duces seruant, vt his p triumphū ductis, pulcherrimū spectaculū fructūq; victorię populū Ro. percipere possit, tamē cū de foro in Capitoliū currū flectere incipiūt, illos duci in carcerē iubēt: idēq; dies & victoribus imperiū, & victis vite finē facit. Et nūc credo esse dubiū, quin tu id cōmissurus nō fueris: p̄sertim cū statuisses, vt ais, tibi causam esse dicendam, vt ille archipirata nō potius securi feriret, q̄ qd erat ante oculos positū, tuo periculo viueret. Si em̄ esset mortuus, tu q̄ crimē ais te metuisse, qro cui pbares: cū cōstaret istū Syraculis ab nullo visum esse archipiratā, ab oibus desideratū: Cū dubitaret nemo, qn abs te pecunia liberatus esset: cū vulgo loquerent suppositū in eius locū, que p illo pbare velles: cum tute falsus esses, te id crimē tato ante metuisse: si eū diceret esse mortuū, qs te audiret: nunc cū viuū istū nescio que pduces, tamen te derideri vides. quid si aufugisset: si vincla rupisset: ita vt Nico ille nobilissimus pirata fugit, que P. Seruilius, qua felicitate ceperat, eadē recuperauit. quid diceret: Verū hoc erat, si ille semel ver<sup>9</sup> archipirata securi pcussus esset, pecuniā illam nō haberes. si hic falsus esset mortuus, aut pfugisset, nō esset difficile aliū in supposito locum supponere. Plura dixi, q̄ volui, de illo archipirata, & tamē ea q̄ certissima sunt huius criminis argumēta p̄termisi. volo em̄ mihi totū esse crimē hoc integrū. est certus locus, certa lex, certū tribunal, quo hoc referuet. Hac tāta p̄da auctus, mācipis, argēto, veste locupletatus, nihilo diligētior ad classē ornandā, milites reuocādos, alendosq; esse cœpit: cum ea res, nō solū puincię saluti, verū etiā ipsi p̄de esse posset. Nā æstate summa, quo tēpore ceteri p̄tores obire puinciā, & cōcurrere cōsueuerūt, aut etiā in tato p̄donum metu, & periculo ipsi nauigare, eo tēpore ad luxuriā, libidinesq; suas domo sua regia, q̄ Regis Hieronis fuit, qua p̄tores vti solēt, cōtentus nō fuit. tabernacula que admodū cōsueuerat tēporib<sup>9</sup> cōstituis, qd antea iā demonstrari, carbaisis intēta velis collocari iussit in littore: qd est littus in insula Syraculis post Arethuse fontē, p̄pter ipsum introitū atq; ostiū portus, ameno sane, & arboribus remoto loco. Hic dies cōstituos sexaginta Prætor Po. Ro. custos, defensorq; puincię sic viuit, vt muliebria quotidie cōuiuia essent, vir accūberet nemo p̄ter ipsum, & p̄textatū filium. tametsi recte sine exceptiōe dixerā, virū, cū isti eēt, neminē fuisse. nōnūq; etiā libert<sup>9</sup> Timarchides adhibebat. mulieres autē nuptę, nobiles, p̄ter vnā mimi Isidori filiā, quā iste propter amorē ab Rhodio tibi cōne abduxerat: Pippa qdā, vxor Aeschriōnis Syraculani, de qua muliere plurimi versus, qn istius cupiditatē facti sunt, tota Sicilia p̄celebrant. Erat Nice facie eximia, vt p̄dicat: vxor Cleomenis Syraculani. hęc Cleomenes vir amabat: verū tamē hui<sup>9</sup> libidini aduersari nec poterat, nec audebat: & simul ab isto donis, bñficiisq; plurimis deuinciebatur. Illo autē tēpore iste, tametsi ea est hoīs impudētia, quā nostis, ipse tamē cū vir esset Syraculis, vxorem eius parum poterat animo soluto, ac libero tot in acta dies secū habere. Itaq; excogitat rem singularē. naues, qbus Legatus p̄fuerat, Cleomeni tradidit: Classi Populi Ro. Cleomenē Syraculanū p̄esse iubet, atq; imperat. hoc eo facit, vt ille nō solū abesset a domo, tū cū nauigaret, sed etiā libenter cū magno honore, beneficioq; abesset. Ipse autē remo

Lucis vsura.

Ducti i triumphu in carcerem mittuntur.

Amica Verris.

Acta.



ro atq; ablegato viro nō liberius q̄ ante: quis enim vnq̄ istius libidini obstitit: sed paulo solu-  
 tiore tamē animo secū illā haberet, si non tanq̄ virū, at tāq̄ amulū remouisset. Accipit nauē  
 sociorū atq; amicorū Cleomenes Syracusanus. Quid primū aut accusem, aut querar Iudices:  
 Siculo ne homini legati, questoris, Po. Ro. deniq; potestātē, honorē, auctoritatē dari: Si te im-  
 pediebat ista cōiuiorū, mulierūq; occupatio, vbi q̄stores: vbi legati: vbi ternis denariis aesti-  
 matum frumētū: vbi muli: vbi tabernacula: vbi tot tāraq; ornāmēta magistratib⁹, & legatis,  
 senatu populoq; Romano pmīssa, & data: deniq; vbi p̄fecti, & tribuni tuī: Si ciuis Ro. dignus  
 isto negotio nemo fuit, qd ciuitates q̄ in amicitia fideq; Po. Ro. p̄petuo māserāt: vbi Segesta  
 na: vbi Centuripina ciuitas, q̄ tū officiis, fide, vetustate, tū etiā cognatione Po. Ro. nomē at-  
 tingunt: O diū immortales, quid si harū ipsarū ciuitatū militibus, nauib⁹, Nauarchis, Syracu-  
 sanus Cleomenes iussus est imperare, nō oīs honos ab isto dignitatis, ægratis, officiiq; subla-  
 tus est: Ecq̄d in Sicilia bellū gessim⁹, quin Ceturipinis sociis, Syracusanis hostib⁹ vteremur:  
 atq; hęc oīa ad memoriā vetustatis, nō ad cōrumeliā ciuitatis referri volo. Itaq; ille vir clarif-  
 simus, summusq; Impator, M. Marcellus, cuius virtute capte, misericordiā cōseruatę sunt Sy-  
 racusē, habitare in ea parte vrbis, q̄ insula est, Syracusanū neminē voluit. hodie inquā Syra-  
 cusanum in ea parte habitare nō licet. est em̄ locus, quē vel pauci possunt defendere. cōmitte  
 re igit̄ eū nō fidelissimis hoībus noluit: simul q; ab illa parte vrbis nauib⁹ aditus ex alto est.  
 quāobrē q; nostros exercit⁹ sepe excluderāt, iis claustra loci cōmittēda non existimauit. Vide  
 qd intersit inter tuā libidinē, maiorūq; auctoritatē, inter amorē, furorēq; tuū, & illorū consi-  
 lium, atq; prudētiā. Illi aditū littoris Syracusanis ademerūt. tu maritimū imperiū cōcessisti.  
 Illi habitari in eo loco Syracusanū, quo naues accedere possent, noluerūt. tu classi, & nauib⁹  
 Syracusanū p̄esse voluisti. Quib⁹ illi vrbis suę partē ademerūt, iis tu nostri imperii partem  
 dedisti: & quorū sociorū opera Syracusani nobis dicto audientes sunt, eos Syracusanis dicto  
 audiētes esse iussisti. Egredit̄ Ceturipina quadriremi Cleomenes e portu, sequitur Segestana  
 nauis, Tyndaritana, Herbitēsis, Heracliēsis, Apolloniēsis, Halūrina: p̄clara classis in specie,  
 sed inops, & infirma p̄pter dimissionē ppugnatorū, atq; remigū. Tādū in imperio suo clas-  
 sem iste p̄tor diligēs vidit, q̄diu cōiuiū eius flagitiosissimū p̄teruēta est. ipse autem q; visus  
 multis dieb⁹ nō esset, tū se tamē in cōspectū nautis paulisper dedit. stetit soleat⁹ Prætor Pop.  
 Ro. cū pallio purpureo, tunicaq; talari, muliercula nixus in littore. iā hoc ipso istum vestitu  
 Siculi ciuesq; Romani p̄multi sepe viderūt. Posteaq; paulū p̄uēta classis est, & Pachynū quin-  
 to die deniq; appulsa est, nautę fame coacti, radices palmarū agrestiu, quarū erat in illis locis  
 sicut in magna parte Sicilię, multitudo, colligebāt, & his miseri, pditiq; alebant. Cleomenes  
 autē, q; alterū se ferrē cū luxuria, atq; nequitia, tū etiā imperio putaret, similiter totos dies,  
 in littore tabernaculo p̄posito, p̄porabat. Ecce aut̄ repēte ebr̄io Cleomene, esuriēribus ceteris,  
 nunciāt piratarū naues esse in portu Edisse. nā ira is locus nominat. nostra autē classis erat  
 in portu Pachyni. Cleomenes autē, q; erat terrestre p̄sidiū nō re, sed nomine, sperabat iis mili-  
 tibus, quos ex eo loco deduxisset, explere se numerū nautarū, & remigū posse. repta est eadē  
 istius hominis auarissimī ratio in p̄sidiis, q̄ in classibus. nā erāt p̄pauci reliqui, ceteriq; dimis-  
 si. Princeps Cleomenes in quadriremi Ceturipina malū erigi, vela fieri, p̄cidi anchoras impe-  
 ravit: & simul, vt se ceteri sequerent, signū dari iussit. hęc Ceturipina nauis erat incredibili  
 celeritate velis, nā scire isto p̄tore nemo poterat, quid queq; nauis remis facere posset. et si in  
 hac quadriremi p̄pter honorē, & gratiā Cleomenis minime mlti remiges, & milites deerāt.  
 Euolarat iā e cōspectu fere fugiēs quadriremis, cū etiā tūc ceterę naues suo in loco moliebā-  
 tur. Erat animus in reliq; q̄q; erāt pauci, quoquo modo sese res habebat, pugnare tamen se  
 velle clamabāt: & qd reliquū vite, viriūq; fames fecerat, id ferro porissimū reddere volebāt.  
 Q; si Cleomenes nō tanto ante fugisset. erat em̄ sola illa nauis rostrata, & ita magna, vt p̄-  
 pugnaculo ceteris posset esse. q; si in p̄donū pugna versaret, vrbis instar habere inter illos pi-  
 raticos myoparones videret. sed tūc inopes relicti a duce, p̄fectoq; classis, eundem necessario  
 cursum tenere cōperūt. Pelorū versus, vt ipse Cleomenes, ita ceteri nauigabāt. neq; ita tamē  
 p̄donū fugiebāt impetū, q̄ Imperatorē sequebant. Tū vt qsq; in fuga postremus, ita pericu-  
 lo princeps erat. postremā em̄ quāq; nauē pirate primā adoriebant. ita prima Haluntinorū  
 nauis capitur, cui p̄erat Haluntinus homo nobilis Philarchus, quē ab illis p̄donibus Lo-  
 crenses postea publice redemerūt. ex quo vos priore actione iurato, rē omnem causamq; co-  
 gnouistis. Deinde Apolloniēsis nauis capit, & ei⁹ p̄fect⁹ Anthropinus occidit. Dū hęc agunt,

Ornatus  
publici.

in iudici  
ni iudici  
mencem  
mencem

Soleatus.

Ediffa.

Incredibili  
celeritate,  
velis,  
tunc.

Amica  
V. 177

Amica



interea Cleomenes iam ad Pelori littus peruenerat, iam sese in terra e nauis eiecerat, quadrirē  
 mēq; in solo fluctuantē reliquerat. reliqui Præfecti nauium, cū in terrā Imperator exisset, cū ipsi  
 neq; repugnare, neq; mari effugere villo modo possent, appulsis ad Pelorū nauibus Cleomenē  
 persecuti sunt. Tūc prædonum dux Heracleo, repente, præter spem, non sua virtute, sed istius  
 auaritia, nequitiaq; victor, classem pulcherrimā populi Ro. in littus expulsam, & eiectā, cum  
 primum aduersa rasceret, inflā mari, incendiq; iussit. O tēpus miserum, atq; acerbum provin-  
 cia Siciliæ. O casum illum multis innocentibus calamitosum, atq; funestum. O istius nequi-  
 tia, ac turpitudinem singularem. vna atq; eadem nox erat, qua prætor amoris turpissimī flā-  
 ma, ac classis populi Ro. prædonum incendio cōflagrabit. Affertur nocte intēpsta grauis hu-  
 iusce mali nuncius Syracusis: currit ad Prætorium, quo istū e cōuiuio illo præclaro redixerāt  
 paulo ante mulieres cū cantu, atq; symphonia. Cleomenes, q̄q; nox erat, tamē in publico esse  
 non audet, includit se domi: neq; aderat vxor, quæ consolari hominē in malis posset. Huius  
 autem præclari imperatoris ita erat seuera domi disciplina, vt in re tanta, in tam graui, nun-  
 cius nemo admitteret: nemo esset, qui auderet, aut dormientē excitare, aut interpellare vigi-  
 lantē. Iam vero re ab oībus cognita, cōcurfabat vrbe tota maxima multitudo. Non enim, si-  
 cut antea cōsuetudo erat, prædonū aduentum significabat ignis e specula sublatus, aut tu-  
 mulo, sed flāma ex ipso incendio nauium, & calamitatem acceptam, & periculū reliquum nū-  
 ciabat. Cū prætor quæreret, & constaret ei neminē nunciasse, fit ad domū eius cū clamore cō-  
 cursus, atq; impetus. Tum iste excitatus exit, audit rē omnē ex Timarchide, sagum sumit. Lu-  
 cebat iam fere: procedit in mediū vini, somni, stupri plenus. Excipit ab oībus eiusmodi cla-  
 morē, vt ei Lampfaceni periculi similitudo versaretur ante oculos. hoc etiam maius hoc vi-  
 debat, q; in odio simili, multitudo hominū hæc erat maxima. Tū istius acta cōmemoraban-  
 tur, tum flagitiosa illa conuiuia: tum appellabant a multitudine mulieres nominatim: tum  
 quærebat ex ipso palā, tot dies continuos, per quos nunq; visus esset, qd egisset: tū imperio ab  
 isto prepositus Cleomenes flagitabat: neq; qcq; propius est factū, q̄ vt illud Vticense exemplū  
 de Hadriano transferret Syracusas, vt duo sepulcra duorum Prætorum improborum, dua-  
 busq; in provinciis cōstituerent. Verū habita est a multitudine ratio temporis, habita est tu-  
 multus, habita etiam dignitatis, existimationisq; communis, q; is est cōuentus Syracusis ci-  
 uium Ro. vt nō modo illa provincia, verum etiā hac Repu. dignissimus existimeat. Cōfirmat  
 ipsi se, cum is etiam tum semisomnis stuperet. arma capiunt, totū forū, atq; insulam, quæ est  
 vrbis magna pars, cōplent. Vnā illā solam noctem prædones ad Pelorū cōmorati, cū fumantes  
 etiā nostras naues reliquissent, accedere incipiūt ad Syracusas. cū videlicet sæpe audissent, ni-  
 hil esse pulchrius, q̄ Syracusarū mœnia, ac portus: statuerant sese, si ea Verre prætor nō vi-  
 dissent, nunq; esse visuros. Ac primo ad illa aestiua prætoris accedunt, ipsam illam ad partem  
 littoris, vbi iste per eos dies tabernaculis positis castra luxuriæ collocarat, quæ postea q̄ ina-  
 nem locū offenderūt, & Prætozem cōmouisse ex eo loco castra senserunt, statim sine villo me-  
 tu in portum ipsum penetrare cœperunt. Cū in portū dico Iudices, (explanādū est enim dili-  
 gentius, eorū causa qui locum ignorant) in vrbē dico, atq; in vrbis intīmam partem venisse  
 piratas. Nō em̄ portu illud oppidū clauditur, sed vrbe portus ipse cingitur, & concluditur,  
 nō vt alluatur a mari mœnia extrema, sed infuat in vrbis sinum portus. Hic te prætor He-  
 racleo Archipirata cū quattuor Myoparonibus paruis ad arbitriū suum nauigauit. Pro' diū  
 immortales, piraticus Myoparo, cum imperiū populi Romani, nomen, ac fascēs essent Syra-  
 cusis, vsq; ad forum, & ad omnes vrbis crepidines accessit: quo neq; Carthaginensiu glorio-  
 sissimæ classes, cū mari plurimū poterant, multis bellis sæpe conata, vnq; aspirare potuerūt:  
 neq; populi Ro. inuicta ante prætorē te gloria illa naualis, vnq; tot Punicis, Siciliensibusq; bel-  
 lis penetrare potuit: q; locus eiusmodi est, vt ante Syracusani in mœnibus suis, in vrbe, in fo-  
 ro hostē armatum, ac victorem, q̄ in portu vllam hostium nauem viderent. hic te prætorē  
 prædonum nauicula peruagata sunt, quo Atheniensium classis sola post hominum memo-  
 riā. CCC. nauib; vi ac multitudine inuasit: quæ i eo ipso portu, loci ipsi, portusq; natura vi-  
 cta, atq; superata est. hic primū opes ipsius ciuitatis victæ, cōminutæ, depressæq; sunt: in hoc  
 portu Atheniensiu nobilitatis, imperii, gloriæ naufragiū factum existimatur. eo ne pirata pene-  
 trauit: quo simul atq; adesset, nō modo a latere, sed etiā a tergo magnā partē vrbis relinque-  
 ret. Insulā totā præteruectus est: quæ est vrbis magna pars Syracusis suo nomine ac mœnib;  
 quo in loco maiores (vt ante dixi) Syracusanum quenq; habitare vetuerunt, q; qui illam

Aduersa  
rasceret.Semiso-  
mnis.Locus in  
cingit.Locus in  
cingit.Portus Sy-  
racusanus.Locus in  
Crepidies  
vrbis.



## Actio. VII.

partem vrbis tenuerint, in eorum potestatem portum futurum intelligebant. At quemadmodum peruagatus: radices palmarū agrestiū, quas in nostris nauib⁹ inuenerat, iaciebat, vt oēs istius improbitatē, & calamitatē Siciliæ possent cognoscere. Siculos ne milites: aratorū ne liberos: quorū patres tantū labore suo frumētī exarabant, vt populo Ro. totiꝫ Italiæ suppeditare possent: eos ne in insula Cereris natos, vbi primū fruges inuētē esse dicunt, eo cibo esse vsos: a quo maiores eorū ceteros quoꝫ frugibus inuentis remouerūt. Te prætorē Siculi milites palmarū stirpibus, prædonēs Siculo frumento alebant. O spectaculū miserum, atꝫ acerbum, ludibrio esse vrbis gloriā, populū Ro. nomē, hominū cōuentu, atꝫ multitudinē piratīco Myoparone, in portu Syracusano de classe populū Ro. triūphū agere piratā, cū prætoris nequissimi, inertissimiqꝫ oculos prædonū remi respergerēt. Postea q̄ portu piratæ nō metu ali quo affecti, sed satietate exierāt, tum cœperūt querere hoīes causam illius tātæ calamitatis: dicere oēs, & palā disputare, minime est mirandū, si militibus, remigibusqꝫ dimissis, reliquis egestate, & fame perditis, prætorē tot dies cū mulierculis perpotante, tanta ignominia, & calamitas esset accepta. Hęc autē istius vituperatio, atꝫ infamia confirmabat eorum sermone, qui a suis ciuitatibus illis nauibus prepositi fuerāt: qui ex illo numero reliqui Syracusas classe amissa refugerāt. dicebāt, quos ex sua quisqꝫ nauī missos sciret esse, res erat clara: neqꝫ solū argumētis, sed etiā certis testibus istius audacia tenebat. homo certior fit, agi nihil in foro, & conuentu toto die, nisi hoc queri a Nauarchis, quemadmodū classis esset amissa. illos respōdere, & docere vnūquēꝫ, missione remigū, fame reliquorū, Cleomenis timore, & fuga. Quod posteaqꝫ iste cognouit, hęc rationē habere cœpit. causam sibi dicendā esse statuerat iā ante, q̄ hoc vsu venerit, ita vt ipsum priore actione dicere audistis. videbat illis Nauarchis testibus, tantū hoc crimē sustinere se nullo modo posse: cōsiliū capit primo stultum, verūta men clemēs: Cleomenē, & Nauarchos ad se vocari iubet. veniunt. accusat eos, q̄ huiusmodi de se sermones habuerint: rogat, vt id facere desistant, & in sua quisqꝫ nauī dicat se tantū habuisse nautarū, quantū oportuerit, neqꝫ quēqꝫ esse dimissum. Illi emūero, se ostēdūt, qd̄ vellent, esse facturos. Iste nō procrastinat, aduocat amicos statim, querit ex his sigillarim, quot quisqꝫ nautas habuerit. Respōdit vnusqꝫ, vt erat præceptū. Iste in tabellas refert, obsignat signis amicorū prouidēs homo, vt cōtra hoc crimē, siquādo opus esset, hac videlicet testificatione vteret. Derisum credo esse hoīem amentē a suis cōsiliariis, & admonitū, hasce ei tabellas nihil profuturas, etiā plus ex nimia prætoris diligētia suspitionis in eo crimine futurū. Etiam iste erat hac stultitia multis in rebus vsus, vt publice quoꝫ, quæ vellent, in ciuitatū literis, & tolli, & referri iuberet. quæ oīa nūc intelligit sibi nihil prodesse, postea q̄ certis literis, testib⁹, auctoritatibusqꝫ cōuincit. Vbi hoc videt, illorū cōfessionē, testificationē suā, tabellas sibi nullo adiuuētō futurā, in illi cōsiliū nō improbi prætoris: nā id qd̄ esset ferendū: sed importunū, atꝫ amētis tyrāni. Statuit si hoc crimē extenuare vellet (nā omnino tolli posse nō arbitrabatur) Nauarchos oēs testes sui sceleris vita esse priuandos. Occurrebat illa ratio: qd̄ Cleomeni fieri: potero ne animaduerrere in eos, quos dicto audiētes esse iussi: missum facere eum, cui imperiū potestatēqꝫ permisit: potero ne eos afficere supplicio, q̄ Cleomenē secuti sunt: ignoscere Cleomeni, q̄ secū fugere, & cōsequi iussit: potero ne in eos esse vehemens, q̄ naues inanes nō modo habuerūt, sed etiā apertas: in eū dissolutus, q̄ solus habuerit cōstratam nauem, & minus exinanitam: pereat Cleomenes vna. Vbi fides: vbi execrationes: vbi dextrā, complexusqꝫ: vbi illud cōtuberniū muliebris militiæ, in illo delicatissimo littore: Fieri nullo mō poterat, quin Cleomeni parceret. Cleomenē vocat, dicit ei se statuisse animaduerrere in oēs Nauarchos. ita sui periculi rationes ferre, ac postulare. tibi vni parcā, & totius istius culpæ crimen, vituperationēqꝫ inconstantia, potius suscipiā, q̄ aut in te sim crudelis, aut totā graues testes viuos, incolumesqꝫ esse patiar. Agit gratias Cleomenes, approbat cōsiliū, dicit ita fieri oportere. admonet tamē illud, qd̄ istū fugerat, in Phalargū Centuripinū Nauarchū nō posse animaduerti: propterea, q̄ secū fuisset vna in Centuripina quadrimē. Quid ergo: iste homo ex eiusmodi ciuitate, adolescēs nobilissimus, testis relinquet: in presentia, inquit Cleomenes, quoniam ita necesse est. sed post aliquid videbimus: ne iste nobis obstare possit. Hęc posteaqꝫ acta, & cōstituta sunt, procedit iste repente e prætorio, inflamatus scelere, furore, crudelitate, in forū venit, Nauarchos vocari iubet. qui nihil meruerēt, nihil suspicarent, statim accurrūt. Iste hoībus miseris, innocētibusqꝫ iniici catenas imperat. Implorare illi fidē populū Ro. & quare id faceret, rogare. Tūc iste hoc causæ dicit, q̄ classē prædonibus prodidissent.

Locus ignis.

Dicto audientes.

Locus ridi culus.



# In L. Verrem. Fo. LXXXII.

Fir clamor, & admiratio populī: tantā esse in hoīe impudētiā, atq; audaciā, vt aut aliis cau-  
 sam calamitatis attribueret, quę omnis propter auaritiā ipsius accidisset: aut, cū ipse prado-  
 nū socius putaret, aliis proditiōis crimē inferret. Deinde, hoc quīntodecimo die crimē esse  
 natū, postq̄ classis esset amissa. Cū hæc fierent, quarebat vbi esset Cleomenes, non quo illum  
 ipsum, cuiusmodi esset, quisq̄ supplicio propter illud incōmodū dignū putaret. nā qd Cleo-  
 menes facere potuit (nō em̄ possum quēq̄ insimulare falso) qd in quā magnopere potuit Cleo-  
 menes facere, istius auaritiā nauibus exinanitis: atq; eū vidēt sedere ad latus prætoris, & ad  
 aurē familiariter, vt solitus erat, infusurrare. Tum vero oībus indignissimū visum est, homi-  
 nes honestissimos, electos ex suis ciuitatibus, in ferrū, atq; in vincla cōiectos: Cleomenē pro-  
 pter flagitiorū, ac turpitudinis societate familiarissimū esse prætoris. Apponit his tamē ac-  
 cusator Neuius Turpio qdā, qui C. Sacerdote prætorē, iniuriarū dānatus est, homo bene ap-  
 positus ad istius audaciā: quē iste in decumis, in rebus capitalibus, in omni calūniā, præcur-  
 sorē habere solebat, & emissariū. Veniunt Syracusas parētes, propinquiq; miserorū adolescē-  
 tiū hoc repētino calamitatis suę cōmoti nūcio: vinctos aspiciūt catenis liberos suos, cū isti  
 auaritię pœnā, collo, & ceruicibus suis sustinerēt: adsunt, defendūt, proclamāt, fidē tuā, quę  
 nusq̄ erat, nec vnq̄ fuit, implorat. Pater aderat Dexio Tyndaritanus homo nobilissimus, ho-  
 spes tuus, cuius tu domi fueras, quē hospitē appellaras. eum, cū illa auctoritate, & miseria vi-  
 deres præditū: nō te eius lachrymæ, nō senectus, nō hospitii ius, atq; nomē a scelere aliquam  
 ad partē humanitatis reuocare potuit. Sed qd ego hospitii iura in hac tā immani bellua cō-  
 memoro! Qui Stheniū Thermitanū hospitē suū, cuius domū per hospitiiū exhausit, & exina-  
 niuit, absentē in reos retulerit, causa indicta capite dānarit, ab eo nunc hospitiorū iura, atq;  
 officia queramus! cū hoīe em̄ crudeli nobis res est: an cū fera atq; immani bellua: te patris la-  
 chrymę de innocētis filii periculo, nō mouebāt: cū patrē domi reliquisses, filium tecum ha-  
 beres: te neq; præsens filius de liberorū charitate, neq; absens pater, de indulgētia patria com-  
 monebat! Catenas habebat hospes tuus Aristeus, Dexionis filius, quid ita: prodiderat clas-  
 sem, qd ob pmiū: deseruerat exercitū. qd Cleomenes: ignauus fuerat, at eū tu ob virtutē co-  
 rona aurea donaras. dimiserat nautas. at ab oīb; tu mercedē missionis acceperas. Alter pater  
 erat Herbitēsis Eubulida, hō domi suę clarus, & nobilis: q̄ qd Cleomenē in defendēdo filio læ-  
 serat, nudus pene est destitutus. Quid erat aut qd qd diceret, aut defenderet! Cleomenē no-  
 minare nō licet. at causa cogit. moriere si appellaris. Nūq̄, n. iste est cuiq̄ mediocriter minat?  
 At remiges nō erāt. prætorē tu accusas: frāge ceruicē. Si neq; prætorē, neq; prætoris amulū appel-  
 lare licebit, cū in his duobus tota causa sit, qd futurū est! Dicit etiā causam Heraclius Sege-  
 stanus hō domi suę summo loco natus. Audite vt vestra humanitas possit alat Iudices. audie-  
 tis em̄ de magnis incōmodis, iniuriisq; socioꝝ. Hūc scitote fuisse Heracliu in ea causa, q̄ pro-  
 pter grauē morbū oculorū, tū cū nauigaret, & iussu eius q̄ potestātē habuit ī cōmeatu Syra-  
 cusis remāserit. Iste certe neq; pdidit classem, neq; metu pteritū fugit, neq; exercitū deseruit,  
 etem̄ tū esset hoc aīaduersum, cū classis Syracusis pficiscebāt. iste in eadem causa fuit, quasi  
 esset ī aliquo manifesto scelere deprehēsus, in quē ne falso qdē causa cōferri criminis potuit.  
 Fuit in illis Nauarchis Heraclēsis qdā Furius (nam habēt illi nōnulla huiuscemodī latina  
 noīa) hō qdīu vixit, domi suę, nō solū post mortē tota Sicilia clarus, & nobilis. in quo hoīe  
 tātū animi fuit, nō solū vt istū libere læderet (nā id qdē, quoniā moriēdū videbat, sine pericu-  
 lo se facere intelligebat) verū morte pposita cū lachrymās in carcere mater noctes, diesq; affi-  
 deret: defensionē causę suę scripsit: quā nūc nemo est ī Sicilia, quin habeat, qn legat, quin tui  
 sceleris, & crudelitatis ex illa oratione cōmonefiat. In qua docet, quot a ciuitate sua nautas  
 acceperat: quot, & quātī quęq; dimiserit: quot secū habuerit. itē de cæteris nauib; dicit. Quæ  
 cū apud te diceret, virgis oculi verberabanē. Ille morte pposita, facile dolorē corporis pa-  
 tiebat. clamabat, id qd scriptū reliquit, facinus esse indignum, plus impudicissimæ mulieris  
 apud te de Cleomenis salute, q̄ de sua vita lachrymas matris valere. Deinde etiā illud video  
 esse dictū: qd, si recte vos populus Ro. cognouit, nō falso ille iā in ipsa morte de vobis pdica-  
 uit. nō posse Verrē testes interficiēdo, crimina sua extinguere: grauiorē apud sapiētes iudi-  
 ces se fore ab inferis testē, q̄ si viuus in iudiciū produceret. Tū auaritię solū, si viueret: nūc,  
 cū ita esset necatus: sceleris, audacię, crudelitatis testē fore. Iam illa præclara: nō testiū modo  
 cateruas, cū tua res ageret, sed tū a diis manibus innocentū pœnas, sceleratorumq; furias in  
 tuum iudiciū esse venturas. sese ideo leuiorē casum suum fingere, q̄ iā ante acie securium da-

Præcurfor,  
& emissari-  
rius.

Auctorita-  
te & miseria  
pdirū.  
Hospitiū  
iura.

Græcis la-  
tina noīa.

Exaggera-  
tio crimi-  
nis miran-  
da.



## Actio. VII.

tuarū, Sextiq; tui carnificis vultū, & manū vidisset, cū in cōuētū ciuū Ro. iussu tuo securi  
 ciues Ro. ferirēt. Ne mltā Iudices, libertatē quā vos sociis dedistis, hac ille ī acerbissimo sup  
 plicio miserrimē seruitutis abusus est. Cōdēnat oēs de cōsiliū sentētia: tamē neq; iste in tanta  
 re, tot hominū causa, P. Vectiū ad se accersit, quēstorē suum, cuius cōsilio vterēt: neq; P. Cer  
 niū talē virū legatū, qui, quia legatus isto prētorē in Sicilia fuit, prim⁹ ab isto iudex reiectus  
 est prētorē: sed de latronū, hoc est de comitū suorū sentētia cōdēnat oēs. Hic cūcti Siculi fide  
 listimi, atq; antiquissimi socii, plurimis affecti beneficiis a maioribus nostris, grauitē cōmo  
 uent, & de suis periculis, fortunisq; oibus pertimescūt. Illā clemētiā, māfuetudinēq; nostri im  
 perii in tantā crudelitātē, inhumanitatēq; esse cōuersam! condemnari tot hoīes vno tēpore  
 nullo crimine! defensionē suorū furtorū pratorē improbū ex indignissima morte innocētū  
 quærere! Nihil addi iā vidēt Iudices ad hāc improbitatē, amētā, crudelitātēq; posse, & recte  
 nihil vidēt. Nā, si cū aliorū improbitate certet, longe oēs multūq; superabit, sed secū ipse cer  
 tat: id agit, vt semp superius suū facin⁹ nouo scelere vincat. Phalargū Cēturipinū dixerā ex  
 ceptū esse a Cleomene, q; in eius quadrimē Cleomenes vectus esset: tamē quia pertimuerat  
 adolescēs, q; eandē suā causam videbat esse, quā illorū, qui innocentes peribāt, ad hominem  
 accedit Timarchides, a securi negat esse ei periculū: virgis ne cederēt, monet vt caueret. Ne  
 multa, ipsum dicere adolescentē audistis, se ob hunc virgarū metū, pecuniā Timarchidi nu  
 merasse. Leuia sunt hec in hoc reo crimina. metū virgarū Nauarchus nobilissimē ciuitatis  
 precio redemit. humanū. Alius ne cōdemnaret pecuniā dedit. *vsurpatū* *vsu rarū.* Nō vult populus  
 Ro. obsoletis criminibus accusari Verrē, noua postulat, inaudita desiderat: nō de prētorē Si  
 cilie, sed de crudelissimo tyrāno fieri iudiciū arbitrat. Includunt in carcerē cōdemnati: sup  
 plicū cōstituit in illos, sumit de miseris parētib; Nauarchorū, adire ad filios suos prohibe  
 tur: liberis suis cibū, vestitūq; introferre. Patres hi, quos videtis, iacebāt in limine, matresq;  
 miserē pernoctabāt ad ostiū carceris, ab extremo cōplexu liberū exclusā, quā nihil aliud ora  
 bāt, nisi vt filiorū extremū spiritū excipere sibi liceret. Aderat ianitor carceris, carnifex præ  
 toris, mors, terrorq; sociorū, & ciuū, lictor Sextius, cui ex omni gemitu, doloreq;, certa mer  
 ces cōparabat. vt adeas, tantū dabis: vt cibū tibi introferre liceat, tantū. nemo recusabat. qd  
 vt vno ictu securis afferā mortē filio tuo: quid dabis! ne diu cruciet! ne sapius feriat! ne cū  
 sensu doloris aliquo, aut cruciatu spiritus auferat! Etiā ob hāc causam pecuniā lictori dabi  
 tur. O magnū atq; intolerandū dolorem. O grauem acerbamq; fortunam, non vitam liberū,  
 sed mortis celeritatem precio redimere cogebant parentes. Atq; ipsi etiam adolescentes cum  
 Sextio de eadē plaga, & de vno illo ictu loquebant: idq; postremum parentes suos liberi ora  
 bant, vt leuādī cruciatu sui gratia pecuniā lictori daret. Multi, & graues dolores inuenti pa  
 rentibus, & propinquis. multi, verūtā mē mors sit extrema, nō erit. Est ne aliqd; ultra, quo cru  
 delitas progredi possit: reperiet. Nam illorum liberi, cum erunt securi percussī, ac necatī, cor  
 pora feris obiciēt. Hoc si luctuosum est parenti, redimat precio sepeliēdi potestātē. Onasum  
 Segestanum hominem nobilem dicere audistis, se ob sepulturā Heraclii Nauarchi pecuniā  
 Timarchidi dinumerasse: hoc ne possis dicere, patres em̄ veniunt amissis filiis iratī. vir pri  
 marius, homo nobilissimus, dicit: neq; de filio dicit. Iā hoc q; tū fuit Syracusis qui nō audie  
 rit: quin sciat: has per Timarchidē pactiones sepulture cum viuīs etiā illis esse factas, non pa  
 lam cū Timarchide loquebant! non omnes hominū propinquī adhibebantur: nō palā viu  
 rum funera locabantur! Quibus rebus omnibus actis, atq; decisis, producunt e carcere, & de  
 ligant ad palum. Quis tam fuit illo tempore durus, & ferreus! quis tam inhumanus! prater  
 vnū te, qui non illorum atate, nobilitate, miseria cōmoueretur! ecquis fuit, quin lachryma  
 retur! quin ita calamitatē putaret illorum, vt fortunā tamen nō alienā, periculum atem cō  
 mune agi arbitraret! Feriunt securi, lataris tu in omniū gemitu, & triūphas: testes auaritiæ  
 tuæ gaudes esse sublatos. Errabas Verres, & vehemēter errabas, cum te maculas furtorū, &  
 flagitiorū tuorū, sociorū innocentū sanguine luere arbitrabare: præceptis amentia ferebare,  
 qui te existimares auaritię vulnera crudelitatis remediis posse sanare. Etem q̄q; illi sunt mor  
 tui sceleris tui testes, tamē ppinquī neq; tibi desunt, tamē ex illo ipso numero Nauarchorū  
 aliqui viuūt, & adsunt, quos vt mihi vidēt ab illorū innocētū pœna fortuna ad hāc causam  
 referuauit. Adest Philarchus Halūtinus, q; q̄ cū Cleomene nō nauigauit, oppressus a prædo  
 nib; & captus est, cui calamitas salutī fuit, q; nisi captus a piratis esset, ī hūc prædonē sociorū  
 incidisset, dicit is p̄ testimonio de missione nautarū, de fame, de Cleomenis fuga. Adest Cen

*vsurpatū*  
*vsu rarū.*

Sextius li  
 ctor Ver  
 ris.

Luere ma  
 culas san  
 guine.



# In L. Verrem. Fo. LXXXIII.

turipinus Phalargus, in amplissima ciuitate, amplissimo loco natus, eadem dicit, nulla in re discrepat. Per deos immortales Iudices quo tãdẽ animo feretis! aut hæc quẽadmodum audietis! Vtrũ ego desipio, & plus q̃ satis opus est, doleo in tanta calamitate, miseriãq; sociorũ: an vos quoq; hic acerbissimus innocentiũ cruciat⁹, & mœror pari sensu doloris afficit! Ego em̃ cum Herbitensem, cũ Heracliensem, securi esse percussum dico, versat̃ mihi ante oculos indignitas calamitatis, eorũ ne populorũ ciues, eorũ ne agrorũ colonos, ex q̃bus maxima vis frumenti quotannis plebi Romanẽ illorũ operis, ac laboribus querit̃: q̃ a parẽtibus spe nostri imperii, nostrãq; equitatis suscepti, educatiq; sunt: ad C. Verris nefariã immanitatẽ, & ad eius securẽ funestã esse seruatos! Cũ mihi Tyndaritanĩ illi⁹ venit in mētẽ, cũ Segestani, tũ iura si mul ciuitatũ, atq; officia cõsidero. Quas vrbes P. Aphricanus etiã ornãdas eẽ spoliis hostiũ arbitrat⁹ est, eas C. Verres nō solũ illis ornãmẽtis, sed etiã viris nobilissimis nefario scelere priuauit. En qd̃ Tyndaritanĩ libenter prædicet: nos in septedecim populis Siciliẽ nō eramus: nos semper in oĩbus Punicis Siciliẽsibusq; bellis amicitia fidẽq; populi Ro. secuti sum⁹: a nobis oĩa populo Ro. semp & belli adiumẽta, & pacis ornãmẽta administrata sunt. Multũ vero hæc his iura profuerũt in isti⁹ imperio ac potestate. Vestros quondã nauas cõtra Carthagi nẽ Scipio duxit, at nũc naues cõtra prædones pene inanes Cleomenes ducit. Vobiscũ Aphricanus hostiũ spolia, & præmia laudis cõmunicauit, at nũc per me spoliati naue a prædonibus abducta, ipsi in hostiũ numero, locoq; ducemini. Quid vero illa Segestanorũ non solũ literis tradita, neq; cõmemorata verbis, sed multis officiis illorũ vsurpata & cõprobata cognatio, quos tandẽ fructus huiusce necessitudinis in isti⁹ imperio tulit: nẽpe hoc fuit iure Iudices: vt ex sinu patris nobilissimus adolescẽs, & e cõplexu matris ereptus innocens filius, carnifici Sextio dedere. Cui ciuitati maiores nostri maximos agros, atq; optimos cõcesserũt: quã im munẽ esse voluerũt: hæc aut̃ apud te cognationis, fidelitatis, vetustatis, auctoritatis, ne hoc quidẽ iuris obtinuit: vt vnus honestissimi, atq; innocentiissimi ciuis mortẽ, & sanguinem deprecaret. Quo cõfugiet socii: quẽ implorabũt: qua spe deniq; vt viuere velint tenebunt, si vos eos deseritis: ad Senatũ deueniet, qui de Verre suppliciu fumat: nō est vsuratũ, nō Senatoriũ, ad populũ Ro. cõfugiet: facilis est causa populi. legẽ em̃ sociorũ causa iussisse, & eius legis custodes, ac vindices preposuisse dicit. Hic locus est igit̃ vn⁹, quo pfugiat, hic portus, hæc arx, hæc ara sociorũ: quo qdem nũc nō ita cõfugiũt, vt antea in suis repetẽdis rebus solebãt. non argentũ, nō aurũ, nō vestẽ, nō m̃cipia repetunt, nō ornãmẽta, quẽ ex vrbibus, fanisq; erepta sunt. metuũt hoĩes imperiti, ne iã hæc populus Ro. cõcedat, & iam fieri velit. patimur em̃ iã multos, & filemus: cũ videamus ad paucos hoĩes oĩes omniũ nationũ pecunias peruenisse. Quod eo magis ferre æquo animo atq; cõcedere videmur: quia nemo istorum dissimulat, nemo laborat, vt obscura sua cupiditas esse videat. In vrbe nostra pulcherrima atq; ornatissima qd̃ signũ: quẽ tabula picta est: quẽ nō ab hostibus victis capta, atq; apportata sit: at istorũ villẽ sociorũ fidelissimorũ & plurimũ, & pulcherrimis spoliis ornata referteq; sunt. vbi pecunias exterarũ nationũ esse arbitramini: q̃bus nũc oēs egẽt, cũ Athenas, Pergamũ, Cyzicũ, Miletũ, Chion, Samon, torã deniq; Asiã, Achaiã, Grẽciã, Siciliã iã i paucis villis inclusas esse videtis. Sed hæc, vt dico, oĩa iã socii vestri relinquũt, & negligũt Iudices: ne publice a po. Ro. spoliarent, officiis ac fide puiderũt, paucorũ cupiditati, tũ cũ obsistere nō poterãt, tũ sufficere aliquo mō poterãt. Nũc vero iã adẽpta est nō mō resistẽdi, verũ etiã suppeditãdi facultas. Itaq; res suas negligũt, pecunias, quo noĩe iudiciũ hoc appellat, nō petũt, relinquũt, & negligũt. hoc iã ornatu ad vos cõfugiũt. Aspiciate, aspiciate Iudices squalorem, sordẽsq; sociorũ. est Sthenius hic Thermitan⁹ cũ hoc capillo, atq; veste: domo sua tota expilata, m̃tionẽ tuorũ furtorũ nō facit: sese ipsum abs te repetit, nihil amplius. Totum em̃ tua libidine, & scelere, ex sua patria, in qua multis virtutib⁹, & bñficiis floruit princeps, sustulisti. Dexio hic quẽ videtis, nō quẽ publice Tyndari, nō quẽ priuatim sibi eripuisti, sed vnicũ miser abs te filium optimũ atq; innocentiũ flagitat. nō ex litibus æstimatis tuis pecuniã domũ, sed ex tua calamitate cineri atq; ossib⁹ filii sui solatiũ vult reportare. Hic iã grãdis natu Ebulida hoc tantum exacta etate laboris, itinerisq; suscepit, nō vt aliqd̃ ex hui⁹ bonis vsurparet, sed vt q̃b⁹ oculis cruẽtas ceruices filii sui viderat, iisdẽ te cõdemnatũ videret. Si p̃ L. Metellũ licitũ esset Iudices, matres illorũ, vxores, sororesq; veniebãt. quarũ vna, cũ ego ad Heracliã noctu accederẽ, cũ oĩbus matronis eius ciuitatis, & cũ multis facibus mihi obuiã venit: & ita me suam salutem appellans, te suum carnificem nominans, filii nomen implorans, mihi ad pedes misera

Venit mihi in mētẽ illius,

Ad Heracliam accedetem.



## Actio. VII.

iacuit: quasi ego excitare filiū eius ab inferis possem. Faciebant hoc idem in ceteris ciuitatibus grades natu matres, & itē paruuli liberi miserorū: quorū vtrorūq; atas laborem, & industriā meā, fidē, & misericordiā vestrā requirebāt. Itaq; ad me Iudices preter ceteras hanc que rimoniā Sicilia detulit lachrymis. ego ad hoc nō gloria iductus accessi, sed ne falsa dānatio, ne carcer, ne catene, ne verbera, ne secures, ne cruciatus sociorū, ne sanguis innocētū, nede nīq; etiā exanguū corpora mortuorū, ne moeror parētū, ac ppinquorū magistratib⁹ nostris quæstui posset esse. Hunc ego si metū Siciliæ, damnatione istius per vestrā fidē, & virtutem deiecero Iudices: satis officio meo, satis illorū volūtati, q̄ a me hoc petuerūt, factū esse arbitror. Quapropter, si quē forte inueneris, q̄ hoc nauale crimen conet defendere: ista defendat: illa cōmunia, quę ad causam nihil pertinet, prætermittat: me culpā fortunę assignare, calamitatē crimini dare, me amissionē classis obiciere, cū multi viri fortes in cōmuni, incertoq; periculo belli, & terra, & mari sæpe offenderint. Nullā tibi obicio fortunā: nihil est, qd̄ ceterorū res minus cōmode gestas proferas: nihil est, qd̄ multorum naufragia fortunę colligas, ego naues inanes fuisse dico: remiges, nautasq; dimissos: reliquos stirpibus vixisse palmarū, præfuisse classī populi Ro. Siculū, perpetuo sociis, atq; amicis Syracusanum: te ipso illo tēpore superioribusq; diebus oībus in littore, cū mulierculis perpotasse dico. Harū rerū omnium auctores, testesq; produco. Nū tibi insultare in calamitate, nū intercludere per fugiū fortunę, nū casus bellicos exprobrare, aut obiciere videor: tāetsi solēt hi fortunam sibi obici nolē, q̄ se fortunę cōmiserūt, q̄ in eius periculis sunt ac varietate versati. istius quidē calamitatis tua fortuna particeps nō fuit. Hoīes em̄ in preliis, nō in cōiuiis belli fortunā tentare, ac periclitari solēt. in illa aut calamitate nō Martē fuisse cōmunē, sed Venerē possumus dicere. Q̄ si fortunā tibi obiciere nō oportet, cur tu fortunę illorū innocentū veniā, ac locū nō dedisti? Etiā illud prædices licet, q̄ suppliciiū more maiorū sumpseris, securiq; pcusseris, idcirco a me in crimē & inuidiā vocari. nō in supplicio crimen meū vertit, nō ego securi nego quē q̄ feriri debere: nō ego metū ex re militari, nō seueritatē imperiū, nō pœnā flagitiū tolli dico oportere: fateor nō modo in socios, sed etiā in ciues, militesq; nostros persæpe esse vere, ac vehementer vindicatum, quare hæc quoq; prætermittas licet. Ego culpā nō in Nauarchis, sed in te fuisse demōstro: precio milites, remigesq; dimississe arguo. hoc Nauarchi reliqui dicūt, hoc Netinorū fœderata ciuitas publice dicit, hoc Herbitēses, hoc Amestratini, hoc Ennenses, hoc Agyrinēses, Tyndaritanī, Locreses publice dicūt: tuus deniq; testis, tuus Imperator, tuus hospes Cleomenes hoc dicit, sese i terra esse p̄iectū, vti Pachyno, e terrestri præsidio milites colligeret, quos in nauibus collocaret. qd̄ certe nō fecisset, si suū numerū naues haberēt. Ea est em̄ ratio instructarū nauū, ornatarūq; vt non modo plures, sed ne singuli qdē possint accedere. Dico præterea illos ipsos reliquos nautas fame, atq; inopia rerum omnium confectos fuisse, ac perditos. Dico aut omnes extra culpā fuisse: aut si vni attribuenda culpa sit, in eo maximam fuisse, qui optimam nauem, plurimos nautas haberet, summum imperiū obtineret. aut si omnes in culpa fuissent, non oportuisse Cleomenem constitui spectatorem illum mortis, atq; cruciatus. Dico etiā, in illo supplicio mercedē lachrymarū, mercedē vuleris, atq; plagæ, mercedem funeris, ac sepulturæ constitui nefas fuisse. Quapropter si mihi respondere voles, hoc dicito. classē instructā, atq; ornatam fuisse, nullū propugnatorem ab fuisse, nullū vacuū tractum esse remum, rem frumentariā esse suppeditatam, mentiri Nauarchos, mentiri & tam graues ciuitates, mentiri etiā Siciliā totam, proditū esse te a Cleomene qui se dixerit exisse in terrā, vt Pachyno deduceret milites: animū illis, non copias defuisse: Cleomenē acerrime pugnante ab his relictū esse, atq; desertum: nūmum ob sepulturā datum nemini. quæ si dices, tenebere, sin alia dices, quæ a me dicta sunt, nō refutabis. Hic tu etiam dicere audebis: est in Iudicibus ille familiaris meus, est paternus amicus ille: nō vt qsq; maxime est, qd̄ tibi aliquid sit, ita te huiuscemodī crimine maxime eius pudet: Paternus amicus est, ipse pater si iudicaret per deos immortales quid facere posset, cū tibi hæc diceret: Tu in prouincia populi Ro. prætor, cū tibi maritimū bellū esset administrandū, Mamertinis, ex fœdere quā deberēt nauē, per trienniū remisisti: tibi apud eosdē priuatim nauis oneraria maxima publice est ædificata: tu a ciuitatibus pecunias classis noīe coegisti: tu precio remiges dimisisti: tu cum nauis esset a Quæstore, & ab Legato capta prædonū, archipiratā ab omnīū oculis remouisti: tu ciues Ro. qui esse dicerent, q̄ a multis cognoscerent, securi ferire potuisti: tu tuā domū piratas abducere, in iudiciū archipiratam domo producere ausus es: tu in prouincia

Ne quidē.

Pater filiū damnaret.



In L. Verrem. Fo. LXXXIII.

ram splēdida, apud socios fidelissimos, ciues Ro. honestissimos, in metu, periculoq; prouin-  
 ciae, dies cōtinuos cōplures in littore, cōuuiisq; iacuisi: te per eos dies nemo domi tuę cōue-  
 nire, nemo in foro videre potuit: tu sociorū, atq; amicorū ad ea cōuuiā matrefamilias ad-  
 hibuisti: tu inter eiusmodi mulieres pretextatum tuū filiū, nepotē meū, collocauisti: vt aeta-  
 ti maxime lubricę, atq; incertę, exēpla nequitiae parētis vita prēberet: tu pretor in prouincia  
 cum tunica pallioq; purpureo visus es: tu propter amorē libidinēq; tuā, imperiū nauū Le-  
 gato populī Ro. ademisti, Syracusano tradidisti: tui milites in prouincia Siciliae frugib⁹, fru-  
 mētoq; caruere: tua luxuria, atq; auaritia classis populī Ro. capta & incensa est: post Syracu-  
 sas cōditas quē in portū nunq; hostis accesserat, in eo te p̄tore primū piratę nauigauerūt, ne-  
 q; hęc tot tātaq; dedecora dissimulatione tua, neq; obliuione hominū, ac taciturnitate, tege-  
 re voluisti, sed etiā nauū prefectos sine vlla causa, de cōplexu parentū suorū, hospitiūq; tuo-  
 rū, ad mortē cruciatūq; rapuisti: neq; in parentū luctu, atq; lachrymis, te mei noīs cōmemo-  
 ratio mitigauit: tibi hominū innocentū sanguis nō modo voluptati, sed etiā quaestui fuit.  
 Hęc si tibi tuus parēs diceret, posses ab eo veniā p̄tere: posses vt tibi ignosceret postulare!

Satis est factū Siculis, satis officio, ac necessitudinē Iudices, satis promisso nostro, ac rece-  
 pto. reliqua est ea causa Iudices, quae nō iā recepta, sed innata, neq; delata ad me, sed in ani-  
 ma, sensuq; meo penitus affixa, atq; insita est: quę nō ad sociorū salutē, sed ad ciuiū Ro. hoc  
 est ad vniuscuiusq; nostrū vitā, & sanguinē p̄tinet. In qua nolite a me, quasi dubiū sit aliqd,  
 argumēta Iudices expectare, omnia quę dicā de supplicio ciuiū Ro. sic erūt clara, & illustria,  
 vt ad ea pbāda totā Sicilia testē adhibere possim. Furor em̄ qdā, sceleris, & audaciae comes,  
 isti⁹ effrenatū aīm, iportunāq; naturā tāta oppressit amētia, vt nūq; dubitaret ī cōuētū, palā  
 supplicia, quę in cōuictos maleficiū seruos cōstituta sunt, ea ī ciues Ro. expromere. Virgīs q̄  
 multos ceciderūt, qd ego cōmemorē: tātū breuissime dico Iudices, nullū fuit oīno isto p̄tore  
 in hoc gñe discrimē. Itaq; iā cōsuetudine ad corpora ciuiū Ro. ēt sine isti⁹ nutu, ferebat ma-  
 nus ip̄a lictoris. Nū potes hoc negare Verres: in foro Lilybei, maximo cōuētū, C. Seruiliū ci-  
 uē Ro. in cōuētū Panormitano veterē negotiātorē, ad tribunal, ante pedes tuos, ad terrā vir-  
 gīs, & verberibus abiectū: Aude hoc primū negare, si potes, nemo Lilybei fuit, quin viderit,  
 nemo in Sicilia, quin audierit. Plagis cōfectū dico a lictoribus tuis ciuē Ro. ante oculos tuos  
 cōcidisse, ob quā causam dii immortales: tāetsi iniuriā facio cōmuni causae, & iuri ciuitatis,  
 quasi em̄ possit esse vlla causa, cur hoc cuiq; ciui Ro. iure accidat, ita quęro, quae in Seruilio  
 causa fuerit. Ignoscite in hoc vno Iudices, in ceteris em̄ nō magnopere causas requirā. Locu-  
 tus erat liberius de isti⁹ improbitate, atq; nequitia. qd isti simulac renūciatū est, hoīem iubet  
 Lilybeū vadimoniū Venerio seruo p̄mittere, p̄mittit. Lilybeū venit, cogere eū cōepit, cū age-  
 ret nemo, nemo postularet, HS. duobus millibus sp̄sionē facere cū lictore suo, ni furtis quae-  
 stū faceret. Recuperatores de cohorte sua dicit daturū. Seruili⁹ & recusare, & dep̄cari, ne ini-  
 quis iudicib⁹, nullo aduersario, iudiciū capitis in se cōstitueret. Hęc cū maxime loqueret, sex  
 lictores circūstūt valētissimi, & ad pulsandos, verberādosq; hoīes exercitatissimi: cēdūt acer-  
 rime virgīs: deniq; proxim⁹ lictor (de quo sepe iā dixi) Sextius, cōuerso bacillo oculos misē-  
 ro tūdere vehemētissime cōepit. itaq; illi cū sanguis os, oculosq; cōplesset, cōcidit: cū illi ni-  
 hilo minus iacētī latera tūderet, vt aliquādo sp̄dere se diceret. Sic ille affectus, illinc tū pro-  
 mortuo sublatus, breui postea est mortuus. Iste autē homo venerius, & affluēs omī lepore, &  
 venustate, de bonis illius in aede Veneris argenteū Cupidinē posuit. Sic etiā fortunis hoīm  
 abutebat ad nocturna vota cupiditatū suarū. Nā qd ego de ceteris ciuiū Ro. suppliciis sigil-  
 latim potius, q̄ generatim, atq; vniuerse loquar: Carcer ille, qd est a crudelissimo tyrāno Dio-  
 nyfio factus Syracusis, quae Latumiae vocant, in istius imperio domiciliū Romanorū fuit, vt  
 quisq; istius animū, aut oculos offenderat, in Latumias statim coniciebat. Indignum hoc vi-  
 deo videri oībus Iudices, & id iā priore actione, cū hęc testes dicerēt, itellexi. retineri em̄ pu-  
 tatis oportere iura libertatis non mō hīc, vbi Tribuni plebis sunt, vbi ceteri magistrat⁹, vbi  
 plenū forū iudiciorū, vbi Senatus auctoritas, vbi existimatio populī Ro. & frequētia, sed vbi  
 cunq; terrarū, & gentiū violatū ius ciuiū Ro. sit, statuitis id pertinere ad cōmunē causam li-  
 bertatis, & dignitatis. In externorū hominū, & maleficorū, sceleratorūq; in praedonum, ho-  
 stiumq; custodias tu tantū numerū ciuiū Ro. includere ausus es: nunq; ne tibi iudiciū, nun-  
 q; concionis, nunq; huius tantae frequentiae, quae nunc animo te iniquissimo, infestissimoq;  
 intuetur, venit in mentem: nunq; tibi populī Romani absentis dignitas, nunq; species ipsa

Nepos.

Parentis.

Transit ad  
supplicia  
ciuiū Ro.

Nocturna  
vota,  
Vniuerse,  
Latumiae  
carcer Dio-  
nyfii.



## Actio. VII.

huiuscemodī multitudinis, in oculis aīoq; versata est: nūq̄ te in horū cōspectū rediturū, nūq̄ in forū populi Ro. vēturū, nūq̄ sub legū, & iudiciorū potestatē casurū esse putasti: At quæ erat ista libido crudelitatis exercēde: quæ tot scelerū suscipiēdorū causa: nulla Iudices, præter prædādi nouā singularēq; rationē. Nā vt illi, quos a poetis accipim⁹, q; sinus quosdā obsedis se maritimos, aut aliqua promōtorīa, aut prærupta saxa tenuisse dicunt: vt q; essent appulsi nauigiis, interficere possent: sic iste in oīa maria infestus, ex oībus Sicilię partib⁹ imminēbat. Quęcūq; nauis ex Asia, quę ex Syria, quę Tyro, quę Alexandria venerat, statim certis indicibus, & custodib⁹ tenebat: vectores oēs in Lautumias cōiiciebant: onera, atq; merces in prætorīā domū deferebant. Versabat in Siciliā lōgo interuallo alter, nō Dionysius ille, nec Phalaris (tulit em̄ illa quondā insula multos, & crudeles tyrānos) sed quoddā nouū mōstrū, ex vetere illa immanitate, quę in iisdē locis versata eē dicit. Nō em̄ Charybdin tā infestā, neq; Scyllā nautis, q̄ istū in eodē freto fuisse arbitror. hoc etiam iste infestior, q; multo se pluribus, & maioribus canib⁹ succinxerat. Cyclops alter, multo importunior. hic em̄ totā insulā obtinebat: ille Aetnā solā, & eā Sicilię partē tenuisse dicit. At quę causa tū subiiciebat ab ipso Iudices huius tā nefarię crudelitatis: eadē quę nūc in defensione cōmemorabit. Quicūq; accesserāt ad Siciliā paulo pleniore, eos Sertorianos milites esse, atq; a Dianio fugere dicebat. illi ad deprecādū periculū pferebant, alii purpurā Tyriā: thus alii, atq; odores, vestēq; linteā: gēmas alii, & margaritas: vīna nōnulli Græca, venalesq; Asiaticos: vt intelligeret ex mercibus, qbus locis nauigarēt. Nō intelligebāt eas ipsas sibi causas esse periculi, qbus argumētis se ad salutē vtī arbitrabant. Iste em̄ hęc eos ex piratarū societate adeptos esse dicebat: ipsos in lautumias abduci imperabat: naues eorū, atq; onera diligēter asseruāda curabat. His institutis cū cōpletus iā mercatorū carcer esset, tū illa fiebāt, quę L. Suetiū equitē Ro. lectissimū virū dicere audistis, quæ ceteros audietis. ceruices in carcere frangebant indignissime ciuiū Ro. vt etiā illa vox, & illa imploratio, Ciuis Ro. sum, quę sepe multis in vltimis terris opē inter barbaros, & salutē tulit: ea mortē illis acerbiorē, & suppliciū maturius ferret. Quid est Verres: qd ad hęc cogitas respōdere: nū mēiri me: nū fingere aliqd: nū augere crimen: num qd horū dicere istis defensorib⁹ tuis audes: Cedo mihi quæso ex ipsi⁹ sinu literas Syracusanorū, quas iste ad arbitriū suū confectas esse arbitrat. cedo rationem carceris, quę diligētissime cōficiat, quo quisq; die datus in custodiā, quo mortuus, quo necatus sit. LITERÆ SYRACUSANORVM. Videtis ciues Romanos gregatim cōiectos in lautumias: videtis indignissimo in loco coaceruatā multitudinē vestrorū ciuiū: quærite nunc vestigia prius, qbus exitus illorū, ex illo loco cōpareāt. nulla sunt. oēs ne mortui: si ita posset defendere, tamē fides huic defensionī nō haberet. sed scriptū extat in iisdē literis, qd iste homo barbarus, ac dissolutus neq; attēdere vnq̄, neq; intelligere potuit. *ἔδ' ἀκρόθιστον* inquit, hoc est, vt Siculi loquunt, supplicio affecti, ac necati sunt. Si q; Rex, si qua ciuitas exterarū gentiū, si qua natio fecisset aliū quid in ciuē Ro. eiusmodi, nonne publice vindicarem⁹: non bello persequeremur: possemus hęc iniuriā ignominiaq; noīs Romani inultā, impunitaq; dimittere: Quot bella maiores nostros, & quāta suscepisse arbitramini, q; ciues Romani iniuriā affecti, q; nauicularii retēti, q; mercatores spoliati dicerent: at ego retētos nō queror: spoliatos ferendū puto: nauibus, mācipiis, mercibus ademptis, in vincla coniectos esse mercatores, & in vinculis ciues Ro. necatos esse, arguo. Si hęc apud Scythas dicerē, nō hic in tāta multitudine ciuiū Ro. nō apud Senatores lectissimos ciuitatis, nō ī foro populi Ro. de tot & tā acerbis suppliciis ciuiū Ro. tñ animos etiā barbarorū hominū pmouerēt. tāta em̄ huius imperii amplitudo, tāta noīs Ro. dignitas est apud oēs nationes, vt ista in nostros hoīes crudelitas nemini cōcessa videat. Num ego tibi vllā salutē, vllū perfugiū putē, cū te implicatū seueritate iudiciū, circūretitū frequentia populi Ro. esse videā: Si mehercules (id qd fieri intelligo nō posse) ex his laqueis te exueris, ac te aliqua vi, ac ratione explicaris, in illas tibi maiores plagas incidendum est, in qbus te ab eodē me, superiore ex loco confici, & cōcidī necesse est. Cui si etiā, id quod defendit, velim cōcedere, tamē illa ipsa defensio nō min⁹ esse ei perniciofa, q̄ mea vera accusatio debeat. Quid em̄ defendit: ex Hispania fugiētes se excepisse, & supplicio affectisē dicit. Quis tibi id pmisit: quo id iure fecisti: quis idē fecit: qui tibi facere licuit: forum plenum, & basilicas istorū hoīm videmus, & animo æquo videmus. ciuilis em̄ dissensionis, & siue amētię, siue fati, seu calamitatis, nō est iste molestus exitus, in quo reliquos saltē ciues icolumes licet cōseruare. Verres ille vetus proditor Cōsulis, trāslator Quæsturæ, auerfor pecuniæ publicæ, tantū sibi

Lautumię.

Sicilię mō

stra & ty-

ranni.

Charybdis

Scylla.

Cyclops.

Dianium.

Ciuis Ro.

sum.

Mirevrges

hominem.

Circūretis

tus.

Trāslator

Quæsturę.



auctoritatis in Rep. suscepit, ut quibus hominibus per Senatū, per populū Romanū, per omnes magistratus, in foro, in suffragiis, in hac vrbe, in Rep. versari liceret, iis omnibus mortē acerbam, crudelēq; proponeret, si fortuna eos ad aliquā partē Siciliā detulisset. Ad Cn. Pompeiū clarissimū virū, & fortissimū permulti occiso Perpēna ex illo Sertoriano numero militū con fugerunt. quē nō ille summo cū studio saluū, incolumēq; seruauit: cui ciui supplicii non illa dextera inuicta & fidē porrexerit, & spem salutis ostendit: Ita ne vero: quibus fuit portus apud eum, contra quē arma tulerunt: iis apud te, cuius nullū in Rep. vnq; monimētū fuit, mors, & cruciatus erat cōstitutus: Vide q̄ cōmodā defensionē excogitaris. malo mehercules id, qd tu defendis, his iudicibus populoq; Ro. q̄ id, qd ego insimulo, probari. malo inquā te, isti generi hominū, q̄ mercatoribus, & nauiculariis inimicū, atq; infestū putari. Meū em̄ crimen auaritiā: & nimie coarguit: tua defensio furoris cuiusdā, & immanitatis, & inauditā crudelitatis, & pene nouē p̄scriptionis. Sed non licet me isto tanto bono Iudices uti, non licet. adsunt em̄ Puteoli toti: frequētissimi venerunt ad hoc iudiciū mercatores hoīes locupletes, atq; honesti, q̄ partim socios suos, partim libertos ab isto spoliatos, in vincla cōiectos, partim in vinculis necatos, partim securi p̄cussos esse dicent. Hic vide q̄ me sis vsurus equo, cum ego Gaiū aut Gaiū testē repetat: refellito si poteris, meū testē deserā, tibi fauebo, te inquā adiuuabo: ostendito illos cū Sertorio fuisse, a Dianio fugientes ad Siciliā esse delatos. Nihil est qd te malim pbare. Nullū em̄ facinus, qd maiore supplicio dignū sit, reperiri, neq; proferrī potest. Reducam iterū Egrē Romanū L. Flauū, si voles, quoniam priore actione, ut patroni tui dicitant, noua quadā sapientia, ut omnes intelligūt, conscientia tua, atq; auctoritate meorū testiu, testē nullū interrogasti, interrogetur Flauus si voles, quina fuerit L. Herēnius is, quē ille argentariā Lepri fecisse dicit: q̄ cū amplius centū ciues Romanos haberet ex conuentu Syracusanū, qui eū non solū cognoscerent, sed etiā lachrymantes, ac te implorātes defenderent, tamen a te inspectantibus omnibus Syracusanis securi p̄cussus est. Hūc quoq; testē meū refelli, & illū Herenniū Sertorianū fuisse abs te demonstrari, & pbari volo. Quid de illa multitudine dicemus eorū, q̄ capitibus inuolutis in piratarū, captiuorūq; numero p̄ducebant, ut securi ferirent: Quē ista noua diligentia: quā ob causam abs te cogitata: an te L. Flauū, caterorūq; de L. Herennio vociferatio cōmouebat: an M. Annii grauissimi, atq; honestissimi viri summa auctoritas pauloante diligentiorē timidiorēq; fecerat: qui nuper p̄ testimonio, non aduenā nescio quē, nec alienū, sed eū ciuem Romanū, q̄ omnibus in illo cōuentu notus, q̄ Syracusis natus esset, a te securi p̄cussum esse dixit. Post hāc illorū vociferationē, post hāc cōmunē famā, atq; querimoniam, nō mitior in supplicio, sed diligentior esse cōepit. capitibus inuolutis ciues Ro. ad necē p̄ducere instituit, quos tamen idcirco necabat palā, q̄ hoīes in cōuentu (id qd antea diximus) nimium diligenter p̄donū numerū reqrebāt. Hęc in plebe Ro. te Prætorē est cōstitutā cōditio: hęc negotii gerendī spes: hoc capitū, vitēq; discriminē. Parū ne multa mercatoribus sunt necessario pericula subeūda fortunę, nisi etiā hęc formidines ab nostris magistratibus, atq; in nostris prouinciis impendebūt: ad eā ne rem fuit hęc suburbana, ac fidelis puincia Siciliā, plena optimorū sociorū, & honestissimorū ciuiū Romanorū, quę ciues Ro. oēs suis ipsa sedibus libentissime semp accepit: ut q̄ ex vltima Syria, atq; Aegypto nauigarēt, q̄ apud Barbaros propter togę nomen in honore aliquo fuissent, q̄ ex p̄donū insidiis, q̄ ex tempestatū periculis p̄ fugissent, in Sicilia securi ferirent, cum se iā domū venisse arbitrarent: Nam qd ego de P. Gaiū Cōsano municipe dicā Iudices: aut qua vi vocis, qua grauitate verborū, quo dolore animi dicā: tamen dolor me non deficit. ut cetera mihi in dicēdo digna re, digna dolore meo suppetant, magis elaborandū est. qd crimen eiusmodi est: ut, cū primū ad me delatū est, vsurum me illo non putarē. tamen em̄ verissimū esse intelligebā, tamen credibile fore non arbitrabar. Coactus lachrymis oīm ciuiū Ro. q̄ in Sicilia negotiantur, adductus Valētinorū hominū honestissimorū testimoniis, oīmque Rhegynorū, multorumque Equitum Ro. qui casu tū Messanæ fuerunt, dedi tātū priore actione testimoniū, res ut nemini dubia esse posset. quid nunc agā: cum iam tot horas de vno genere, ac de istius nefaria crudelitate dicam: cum prope oēm vim verborū eiusmodi, quę scelere istius digna sunt, aliis in rebus consumpserim, ne q̄ hoc puiderim, ut varietate criminū vos attentos tenerem: quēadmodū de tāta re dicam: opinor vnus modus, atq; vna ratio est. rem in medio ponā: quę tātū habet ipsa grauitatis, ut neq; mea, quæ nulla est, neq; cuiusq; ad inflāmados vestros animos eloquētia regrat. Gaius

Nauiculā

Reuelitia

Gaiū aut

Gaiū testē

poti⁹ legā,

aut graue

Argentariā

facere

Toga Ro

manorū in

dex.

Valētinorū

hominū

testimoniis,

oīmque

Rhegynorū,



VXXX. Actio. VII.

hic, quē dico, Cōfanus, cū illo numero ab isto in vīcula cōiect⁹ esset, & nescio qua ratiōe, clā-  
 e Latuniis pfugisset, Messanāq; venisset, q; ppe iā Italiā, & moenia Rhegynorū videret, & ex  
 † liberatus illo metu mortis, ac tenebris, quasi luce † libertatis, & odore aliquo legū recreat⁹, reuixisset,  
 loq; Messanē cœpit, & qri, se in vīncla eē cōiectū, sibi recta iter esse Romā, Verri se p̄sto adue-  
 niēri futurū. Nō intelligebat miser, nihil interesse, vtrū hęc Messanē, an apud ipsum in Preto-  
 rio loqrēt. Nā, vt ante vos docui, hāc sibi iste vrbē delegerat, quā haberet adiutricē scelerū,  
 furtorū receptricē, flagitiorū oīm sociā. Itaq; ad magistratū Mamertinū statim deducit Ga-  
 uius, eoq; ipse die casu Messanā Verres venit. Res ad eū defert, esse ciuē Romanū, q; se Syra-  
 cūsis in Latuniis fuisse q̄rerēt: quē iā ingredientē nauē, & Verri nimis atrociter minitātē, a  
 se retractū esse, & asseruatū, vt ipse in eū statueret, qd videret. Agit hoīb⁹ gratias, & eorū er-  
 ga se beneuolentiā diligētiamq; collaudat. Ipse inflāmat⁹ scelere, & furore, in forum venit.  
 ardebant oculi, toto ex ore crudelitas eminebat. expectabant omnes, quo tādē progressurus,  
 aut quidnā acturus esset: cū repente hoīem proripi, atq; in foro medio nudari, ac deligari, &  
 Merere, virgas expediri iubet. Clamabat ille miser, se ciuē esse Romanū, municipē Cossanū, meruisse  
 se cū L. Precio splendidissimo Eqte Romano, q; Panormi negociaret, ex quo hęc Verres scire  
 posset. Tū iste, se cōperisse ait, eū speculādī causa in Siciliam, ab ducibus fugitiuorū esse mis-  
 sum. cuius rei neq; index, neq; vestigiū aliquod, neq; suspitio cuiq; esset vlla. deinde iubet vna-  
 diq; hominē proripi, vehemētissimeq; verberari. Cedebatur virgīs in medio foro Messanē ci-  
 uis Romanus Iudices, cū interea nullus gemitus, nulla vox alia istius miseri inter dolorem,  
 crepitūq; plagarū audiebatur, nisi hęc, Ciuis Roman⁹ sum. hac se cōmemoratione ciuitatis,  
 omnia verbera depulsurū, cruciatūq; a corpore deiecturū, arbitrabatur. Is nō modo hoc nō  
 perfecit, vt virgarū vim deprecaret: sed cū imploraret sapius, vsurparetq; nomen ciuitatis,  
 crux, crux inquā infelici, & erumoso, qui nunq; istam potestātē viderat, cōparabatur. O no-  
 men dulce libertatis: O ius eximiū nostrē ciuitatis: O lex Porcia, legesq; Sempronie: O graui-  
 ter desiderata, & aliquādo reddita plebi Romanē Tribunitia potestas: huccine tādē oīa reci-  
 derūt: vt ciues Ro. in prouincia populi Romani, in oppido fœderatorū, ab eo, q; beneficio po-  
 puli Ro. fasces, & secures haberet, deligatus in foro virgīs cederet? Quid cū ignes, ardētēq;  
 laminā, ceteriq; cruciatus admouebantur! si te illius acerba imploratio, & vox miserabilis,  
 non inhiibat, ne ciuū qdem Romanorū, q; tum aderāt, fletu, & gemitu maximo cōmoue-  
 bant! In crucē tu agere ausus es quēq;, q; se ciuē Romanū eē diceret? Noluī tā vehemētē age-  
 re hoc prima actione Iudices, nolui, vidistis em̄ vt animi multitudinis in istū dolore, & odio,  
 & cōmunis periculī metu cōcitarent. statui egomet mihi, tum modū orationi meæ, & C. Nu-  
 mitorio Equiti Romo hominī, testi meo: & Glabronē id qd sapientissime fecit, facere læ-  
 tatus sum, vt repente cōsilio in medio testē dimitteret. Etem̄ verebat ne populus Ro. ab isto  
 eas pœnas vi repetisse videret, quas veritus esset, ne iste legibus, & vestro iudicio non esset p-  
 soluturus. Nūc quoniā iā exploratū est oīibus, quo loco causa tua sit, & qd de te futurum  
 sit, sic tecū agā. Gaiū istū, quē repentinū speculatore fuisse dicis, ostendā in Latunias Syra-  
 cūsis a te esse cōiectū: neq; id solū ex literis ostēdā Syracusanorū, ne possis dicere me, q; sit ali-  
 qs in literis Gaius, hoc fingere, & eligere nomē, vt hūc illū esse possim dicere: sed secūdū ar-  
 bitriū tuū testes dabo, q; istū ipsum Syracūsis abs te in Latunias coniectū esse dicant. produ-  
 cā etiā Cossanos municipes illius, ac necessarios, q; te nūc sero doceāt, Iudices nō sero, illū P.  
 Gaiū, quē tu in crucē egisti, ciuē Ro. & municipē Cossanū, nō speculatore fugitiuorū fuisse.  
 Cū hęc oīa, q; polliceor, cumulate tuis pximis plana fecero, tum istuc ipsum tenebo, qd abs te  
 mihi dat, eo cōtentū me esse dicā. Quid em̄ nup, tu ipse, cū populi Ro. clamore, atq; impetu p-  
 turbat⁹ exiuisisti: quid inquā locut⁹ es: illū, q; morā supplicio quēreret, ideo clamitasse, se esse  
 ciuē Romanū. sed speculatore fuisse. Iā mei testes veri sunt. Quid em̄ dicit aliud C. Numitori-  
 us! Quid M. P. Cotii nobilissimi hoīes, ex agro Taurominitano! Quid Q. Luceius! qui argēta-  
 riā Rhegyi maximā fecit! quid em̄ ceteri! Adhuc em̄ testes ex eo gñe a me sunt dati, nō q; no-  
 uisse Gaiū, sed q; se vidisse dicerēt: cū is, q; se ciuē Ro. esse clamaret, in crucem ageret. Hoc tu  
 Verres idē dicis, hoc tu cōfiteris, illū clamitasse, se ciuē esse Romanū: apud te nomē ciuitatis  
 ne tātū qdē valuisse, vt dubitationē aliquam crucis, vt crudelissimi, teterrimiq; supplicii ali-  
 quā paruā morā saltē posset asferre. Hoc teneo, hic hēreo Iudices, hoc sum cōtēt⁹ vno, omī-  
 to, ac negligo cetera, sua cōfessione induat, ac iugulet necesse est. Qui esset, ignorabas! specu-  
 latorē esse suspicabare! Nō quero qua suspitiōe, tua te accuso oratiōe, ciuē Ro. se eē dicebat.

Argētariā  
 maximā fe-  
 cit.  
 Crucis sup-  
 plicii teter-  
 rimum.



In L. Verrem. Fo. LXXXVI.

si tu apud Persas, aut in extrema India deprehensus Verres, ad supplicium ducerere, quid aliud clamitares, nisi te ciuem esse Romanum? & si tibi ignoto, apud ignotos, apud Barbaros, apud homines in extremis, atque vltimis gentibus positos, nobile, & illustre apud omnes nomen tuae ciuitatis profuisset: ille, quosquis erat, quem tu in cruce rapiebas, qui tibi esset ignotus, cum ciuem se Ro. esse diceret, apud te Praetorem si non effugium, ne moram quidem mortis mentione, atque usurpatione ciuitatis assequi potuit: Homines tenues, obscuro loco nati nauigant: adeunt ad ea loca, quae nunquam antea viderunt: vbi neque non esse iis, quo venerunt, neque semper cum cognitoribus esse possunt. hac vna tamen fiducia ciuitatis non modo apud nostros magistratus, quae & legum, & existimationis periculo continent, neque apud ciues solum Romanos, qui & sermonis, & iuris, & multarum rerum societate iuncti sunt, fore se tutos arbitrantur, sed quocumque venerint, hanc sibi rem praesidio sperant esse futurum. Tolle hanc spem, tolle hoc praesidium ciuibus Romanis, constitue nihil esse opis in hac voce, ciuis Romanus sum: posse impune Praetorem, aut alium quolibet supplicium, quod velit, in eum constituere, qui se ciuem Ro. esse dicat, quod quis ignoret: iam omnes prouincias, iam omnia regna, iam omnes liberas ciuitates, iam omnem orbem terrarum, qui semper nostris hominibus maxime patuit, ciuibus Romanis ista defensione praeculseris. Quid si L. Precium Equitem Romanum qui tum in Sicilia, nominabat: etiam ne id magnum fuit: Panormum literas mittere, afferuasse hominem, custodiam Mamertinorum tuorum vinculum, clausum habuisse, dum Panormo Precius veniret, cognosceret hominem. aliquid de summo supplicio remitteres, si ignoraret: tum, si ita tibi videretur, hoc iuris in omnes constitueres: ut, qui neque tibi notus esset, neque cognitorum locupletem daret, quis ciuis Ro. esset, in cruce tolleretur. Sed quid ego plura de Gaudio? quasi tu Gaudio tum fueris infestus, ac non nomini, generi, iuri ciuium hostis. non illi inquam homini, sed causae communis libertatis inimicus fuisti. Quid enim attinuit, cum Mamertini more, atque instituto suo crucem fixissent post urbem, in via Pompeia, te iubere in ea parte figere, quae ad fretum spectaret, & hoc addere, quod negare nullo modo potes, quod omnibus audientibus dixisti palam, te idcirco illum locum deligere, ut ille qui se ciuem Ro. esse diceret, ex cruce Italiam cernere, ac domum suam prospicere posset? Itaque illa crux sola Iudices post conditam Messanam illo in loco fixa est. Italiae conspectus ad eam rem ab isto delectus est, ut ille in dolore, cruciatuque moriens, per angustum fretum diuisa seruitutis, ac libertatis iura cognosceret: Italia autem alumnus suus, seruitutis extremo, summoque supplicio affixus videretur. Facinus est vinciri ciuem Romanum: scelus verberari: prope parricidium necari: quid dicam in cruce tollere? verbo satis digno tam nefaria res appellari nullo modo potest. Non fuit his omnibus iste contentus. Spectet inquit patriam, in conspectu legum, libertatisque moriatur. Non tu hoc loco Gadium, non vnum hominem, nescio quem, ciuem Romanum, sed communem libertatis, & ciuitatis causam in illum cruciatum, & crucem egisti. Iam vero videtur tuis audaciam. Nonne eum grauiter tulisse arbitramini, quod illam ciuibus Ro. crucem, non posset in foro, non in comitio, non in rostris defigere? Quod enim his locis in prouincia sua celebritate simillimum, regione proximam, potuit, elegit: monumentum sceleris, audaciaeque suae voluit esse in conspectu Italiae, vestibulo Siciliae, praeteruentione omnium, quae vltro citroque nauigarent. Si haec non ad ciues Romanos: non ad aliquos amicos nostrae ciuitatis, non ad eos, quae populi Ro. nomen audissent: denique, si non ad homines, verum ad bestias, aut etiam, ut longius progrediar, si in aliqua desertissima solitudine ad saxa, & ad scopulos haec conqueri, & deplorare vellem, tamen omnia muta, atque inanima, tanta, & tam indigna rerum atrocitate commouerent. Nunc vero, cum loquar apud Senatores populi Ro. legum, iudiciorumque, & iuris auctores, timere non debeo, ne non vnus iste ciuis Ro. illa cruce dignus, ceteri omnes simili periculo indignissimi iudicentur. Paulo ante Iudices lachrymas in morte miseram, atque indignissimam Nauarchorum non tenebamus, & recte, ac merito sociorum innocentium miseria commouebamur. quid nunc in nostro sanguine tandem facere debemus? nam ciuium Ro. sanguis coniunctus existimandus est, quoniam id & salutis omnium ratio, & veritas omnium postulat. omnes hoc loco ciues Ro. & qui adsunt, & quae ubicumque sunt, vestram seueritatem desiderant, vestram fidem implorant, vestrum auxilium requirunt, omnia sua iura, commoda, auxilia, totam denique libertatem, in vestris sententiis versari arbitrantur. A me, tamen si satis habent, tamen si res aliter acciderit, plus habebunt fortasse, quam postulatur. Nam & si qua vis istum de vestra seueritate eripuerit, id quod neque metuo Iudices, neque vllomodo fieri posse video. sed si in hoc me ratio fefellerit, Siculi causam suam perisse querent, & mecum pariter moleste ferent: populus quidem Romanus breui, quoniam mihi potestatem apud se agendi dedit, ius suum, me agente, suis suffragiis ante Cal. Februarias recuperabit. Ac si de mea gloria, & amplitudine quaeritis Iudices, non est alienum meis ra-

Futurum non futuram A. Gellio teste lege li. i. cap. vii.

Fretum legit A. Gellius.



Actio. VII.

tionibus, istum mihi ex hoc iudicio ereptum ad illud populi Ro. iudicium referuari. Splendida est illa causa, probabilis mihi, & facilis, populo grata, atque iucunda. Denique si videor hic, id quod ego non quaesivi, de vno isto voluisse crescere, isto absoluto, quod sine multorum scelere fieri non potest, de multis mihi crescere licebit. Sed mehercules vestra, reique publice causa Iudices, nolo hoc in hoc delecto consilio tantum flagitium esse commissum: nolo eos Iudices, quos ego proba-  
**Non cara,** rim, atque delegerim, sic in hac urbe notatos, isto absoluto ambulare, ut non cetera, sed coeno obli-  
**sed coeno** ti esse videant. Quamobrem te quoque Hortensium, quia monendi locus est, ex hoc loco moneo, vide-  
**obliti.** as etiam, atque etiam, & consideres, quid agas, quo progrediare, quem hominem, & qua ratione defen-  
**Minatur** das. Neque de illo quicumque tibi praesidio, quo minus ingenio mecum, atque omni dicendi facultate con-  
**Hortensio** tendas. cetera, si qua putas te occultius extra iudicium, quae ad iudicium pertinent, facere posse, si quid artificio, consilio, potentia, gratia, copiis istius, moliri cogitas, magnopere censeo desistas: & illa quae tetata iam, & coepta ab isto sunt, a me autem peruestigata, & cognita, moneo ut extinguas, & longius progredi ne finas. magno tuo periculo peccabit in hoc iudicio, maiore quam putas. Quoniam enim te liberatum iam existimationis metu, defunctum honoribus, designatum CONS. cogites, mihi crede ornamenta ista, & beneficia populi Ro. non minore negotio retinentur, quam comparant. Tulit haec ciuitas, quoad potuit, quoad necesse fuit, regiam istam vestram dominationem in iudiciis, & in omni republica: tulit. sed quo die populo Ro. Tribuni ple. restituti sunt, omnia ista vobis (si forte nondum intelligitis) adempta, atque erepta sunt. Omnium nunc oculi coniecti sunt hoc ipso tempore in unumque nostrum, qua fide ego accusem, qua religione hi iudicent, qua tu ratione defendas. de omnibus nobis, si quis tantulum de recta regione deflexerit, non illa tacita existimatio, quam antea contemnere solebatis, sed vehemens, ac liberum populi Ro. iudicium consequetur. Nulla tibi Quinte cum isto cognatio est, nulla necessitudo: quibus excusationibus antea, nimium in aliquo iudicio studium tuum defendere solebas: earum habere in hoc homine nullam potes: quae iste in provincia palam dictitabat, cum ea quae faciebat, tua se fiducia facere dicebat, ea ne vera putentur, tibi maxime est providendum. Ego mei iam rationem officii confido esse omnibus iniquissimis meis perolutam. Nam istum, paucis horis primae actionis omnium mortalium sententiis condemnavi. reliquum iudicium non iam de mea fide, quae praespecta est: neque istius vita, quae damnata est: sed de iudicibus, & vere ut dicam, de te futurum est. At quo tempore futurum est: nam id maxime providendum est. Etenim cum omnibus in rebus, tum in Republica per magni momenti est, ratio, atque inclinatio temporum. Nepe eo, cum populus Ro. aliud genus hominum, atque alium ordinem ad res iudicandas requirit: nempe ea lege iudiciis, iudicibusque nobis promulgata, quam non is promulgavit, cuius nomine praescriptam videtis, sed hic reus. hic inquam sua spe atque opinione, quae de vobis habet, legem illam scribendam, promulgandamque curavit. Itaque, cum primo agere coepimus, lex non erat promulgata: cum iste vestra severitate permotus, multa signa dederat, quamobrem quibus responsurum non videret, mentio de lege nulla fiebat. Posteaque iste recreari, & confirmari visus est, lex statim promulgata est: cui legi cum vestra dignitas vehementer adversa ret. istius spes falsa, & insignis impudentia maxime suffragatur. Hic si quid erit commissum a quoque vestrum, quod reprehendatur: aut populus Ro. iudicabit de eo, et hominem, quem iam antea iudiciis indignum putavit: aut hi, qui propter offensionem iudiciorum de veteribus iudiciis lege nova novi iudices erunt constituti, mihi porro, ut ego non dicam, quis omnium mortalium non intelligit, quam longe progredi sit necesse: potero silere Hortensium: potero dissimulare: cum tantum Respublicae vulnus acceperit, ut expilatae provinciae, vexati socii, dii immortales spoliati, ciues Ro. cruciati, & necati impune me actore esse videant: potero hoc onus tantum, aut in hoc iudicio deponere: aut diutius tacitus sustinere: non agitanda res erit: non in medium proferenda: non Populi Ro. fides imploranda: non oes, qui tanto se scelere obstrinxerint, ut aut fidem suam corrumpi paterentur, aut iudicium corrumpere, in discrimen, ac iudicium vocandi: Queret aliquis fortasse, tantum ne igitur laborem, tantas inimicitias, tot hominum suscepturus es: non studio quidem Hercule villo, neque voluntate. sed non idem mihi licet, quod iis, qui nobili genere nati sunt: quibus omnia populi Ro. beneficia dormientibus deferunt. longe alia mihi lege in hac ciuitate, & conditione viuendum est. Venit enim mihi in mentem M. Catonis hominis sapientissimi: qui cum se virtute, non genere populo Ro. commendari putaret: cum ipse sui generis initium, ac nominis, ab se gigni, & proptari vellet: hominum potentissimorum suscepit inimicitias, & maximis in laboribus usque ad summam se nequitiam, summa cum gloria vixit. Posteaque Pompeius humili, atque obscuro loco natus, non ne plurimis inimicitias, maximisque suis periculis, ac doloribus amplissimos honores est adeptus.

Non cara,  
sed coeno  
obliti.  
Minatur  
Hortensio

Temporis ratio habenda

In ordine.

Qua via humiles emergant.

M. Cato. laus.

Cn. Pompeius



## In L. Verrem. Fo. LXXXVII.

ptus: Modo L. Fimbriā, C. Mariū, C. Cēlium vidimus non mediocribus inimicitis, ac laboribus contendere, vt ad istos honores puenirent, ad quos vos per ludū, ac negligentiam puenistis. Hęc eadē est nostrā rationis regio, & via: horum nos hominū sectā, atq; instituta psequimur. Videmus quāta sit in inuidiā, quantoq; in odio apud quosdā hoīes nobiles, nouorum hominū virtus, & industria: si tantulū oculos deiecerimus, presto esse insidias: si vllū locum aperuerimus suspicioni aut crimini, accipiendū esse statim vulnus: esse nobis semp vigilandū, semper laborandū videmus. Inimicitie sunt, subeantur: labores, suscipiant. Etem tacite magis, & occulte inimicitie timende sunt, q̄ indictę, & aperte. Hominū nobilium non fere q̄ nostrę industrię fauet, nullis nostris officiis beneuolentiā illorū allicere possumus: quasi natura, & genere disiuncti sint, ita dissident a nobis animo, ac voluntate. Quare quid habēt eorum inimicitie periculi: quorum animos iam ante habueris inimicos, & inuidos, q̄ vllas inimicitias susceperis! Quāobrem mihi Iudices optandū est illud, in hoc reo finē accusandi facere, cum & populo Ro. satisfactū, & receptū officiū Siculis necessariis meis erit p̄solutū. De liberatū autē est, si res opinione meā, quā de vobis habeo, sefellerit, non modo eos p̄seq, ad quos maxima culpa corrupendi iudicii, sed etiam illos, ad quos conscientie contagio pertinebit. Proinde si qui sunt, qui in hoc reo, aut potentes, aut audaces, aut artifices ad corrupendum iudiciū velint esse, ita sint parati, vt disceptante populo Ro. mecū sibi rem videant futurā. & si me in hoc reo, quē mihi inimicū Siculi dederunt, satis vehementē, satis perseuerantē, satis vigilantē esse cognorunt, existiment in his hominibus, quorū ego inimicitias populi Ro. salutis causa suscepero, multo grauiorē, atq; acriorē futurū. Nūc te Iupiter Optime Maxime, cuius iste donū regale, dignū tuo pulcherrimo templo, dignū Capitolio, atq; ista arce oīm nationū, dignū regio munere, tibi factum ab regib⁹, tibi dicatū, atq; p̄missum, per nefarium scelus de regis manibus extorsit: cuiusq; sanctissimū, & pulcherrimū simulacrū Syracusis sustulit: teq; Iuno Regina, cuius duo fana duabus in insulis posita fociorū, Melite, & Sami, sanctissima, & antiquissima simili scelere idem iste omnibus bonis, ornamentisq; nudauit: teq; Minerua, quā iste duobus in clarissimis, & religiosissimis templis expilauit: Athenis, cum auri grāde pondus: Syracusis, cum oīa p̄ter tectū, & parietes abstulit: teq; Latona, & Apollo, & Diana, quorū iste Deli non fanū, sed vt hominū opinio, & religio fert, sedē anti quā, diuinūq; domiciliū nocturno latrociniō, atq; impetu cōpilauit: etiā te Apollo, quem iste Chio sustulit: teq; etiā, atq; etiā Diana, quā Pergę spoliāuit, cuius simulacrū sanctissimū Segeste, bis apud Segestanos consecratū, semel ipsorū religioe, iterū P. Aphricani victoria, tollē dum, a portādūq; curauit: teq; Mercuri, quē Verres in villa, & in priuata aliqua palæstra posuit: P. Aphricanus in vrbe socioꝝ, & gymnasio Tyndaritanorū, iuuentū illorū custodē, & p̄sidentem voluit esse: teq; Hercules, quē iste Agrigenti nocte intēpētā, seruorū instructa, & cōparata manu cōuellere ex suis sedibus, atq; auferre conatus est: teq; sanctissima mater Idea quā apud Enguinōs augustissimo, & religiosissimo in tēplo sic spoliatā reliquit, vt nunc nomē modo Aphricani, & vestigia violatę religionis maneat, monumenta victorię faniq; ornamenta non extant: vosq; oīm rerū forensium, consiliorū maximorū, legū, iudiciorūq; arbitri, & testes, celeberrimo in loco Prętorii locati Castor, & Pollux, quorū e templo quæstum sibi iste, & p̄dā maximā improbilissime cōparauit: oēsq; dii, qui vehiculis Thenfarū solennes cœtus ludorū initis, quorū iter iste ad suū q̄stū, nō ad religionū dignitatē faciendū, exigendūq; curauit: teq; Ceres, & Libera, quarū sacra, sicut opiniones hominū, ac religiones ferunt, lōge maximis, atq; occultissimis cerimonis continent: a qbus inītia vitæ, atq; victus, legū, morū, mansuetudinis, humanitatis exēpla hoībus, & ciuitatibus data, ac dispersa esse dicunt: quarū sacra Populus Ro. a græcis ascita, & accepta, tanta religione, & publice, & priuatim tuef, non vt ab aliis huc allata, sed vt cæteris hinc tradita esse videant: quæ ab isto vno sic polluta, & violata sunt, vt simulacrū Cereris vnum, qd a viro nō modo tangi, sed ne aspici quidem fas fuit, e sacrario Catine conuellendū, auertendūq; curauerit: alterū autē Enne ex sua sede, ac domo sustulerit, qd erat tale, vt hoīes cū viderēt, aut ipsam videre se Cererē, aut effigiē Cereris non humana manu factam esse, sed cælo delapsam arbitrarent: vos etiam, atq; etiā implo ro, & appello sanctissime deæ, quæ illos Enneses lacus, lucosq; colitis, cūctęq; Sicilię, quę mihi defendenda credita est, p̄sidentis: quibus, inuentis frugibus, & in orbem terrarum distributis, omnes gentes, ac nationes vestri religione numinis continentur: cæteros itē deos deasq; omnes, imploro, atq; obtestor, quorū templis, & religionibus iste nefario quodam furore,

Nouorū  
hoīm cala  
mitas.  
Inimicitia  
tacite timē  
dæ.

Minañ rur  
sus iudici  
bus.

Impcatio  
deorum in  
Verrē sub  
epilogo.

Castor &  
Pollux.  
Thense.  
Ceres & Li  
bera.



## Oratio

& audacia instinctus, bellū sacrilegū semp, impiūq; habuit indictū, vt si in hoc reo, atq; in hac causa, omnia mea cōsilia ad salutē sociorū, dignitatē populi Ro. fidē meā spectauerunt, si nullā ad rē, nisi ad officiū, & veritatē oēs meae curae, vigilię, cogitationesq; laborarūt: quę mea mēs in suscipienda causa fuit, fides in agenda, eadē vestra in iudicanda sit. Deniq; vti C. Verrē, si eius omnia sunt inaudita, & singularia facinora sceleris, audacię, perfidię, libidinis, auaritię, crudelitatis, dignus exitus eiusmodi vita, atq; factis vestro iudicio consequatur: vtq; respublica, meaq; fides, vna hac accusatiōe mea contenta sit: mihiq; posthac bonos potius defendere liceat, q̄ improbos accusare necesse sit.

### PRO M. FONTEIO. ORATIO XI.

Defunt permulta.

Hoc Pretore oppressam esse are alieno Galliā, a qbus versuras tatarū pecuniarū factas esse dicūt: a Gallis: nihil minus. A qbus igitur a ciuibus Romanis, q negotiant in Galliā: Cur eorū verba nō audimus? Cur eorū tabulę nullę pferunt? Insector vltro, atq; in isto accusatori Iudices: insector inquā, ac flagito testis. Plus ego in hac causa laboris, & operę cōsumo, in poscēdis testibus, q̄ ceteri defensores, in refutādis. Audacter hoc dico Iudices, nō temere cōfirmo. Referta Galliā negotiatorū est, plena ciuū Romanorū. Nemo Gallorū sine ciue Ro. qcq; negotiū gerit, nūmus in Galliā nullus sine ciuū Ro. tabulis cōmouet. Videte quo descēdā Iudices, q̄ longe videar a cōsuetudine mea, & cautione, ac diligētia discedere. Vnā tabulę pferantur, in qbus vestigiū sit aliquod, qd̄ significet pecuniā Fōreio datā: vnū ex toto negotiatorū, colonorū, publicanorū, aratorū, pecuariorū, numero testē pducant: vere accusatū esse cōcedā. Pro' dii immortales, quę est hęc causa: quę defensio: Prouincię Gallię M. Fonteius p̄fuit, quę cōstat ex his generibus hoīm, & ciuitatū, q (vt vetera mittā) partim nostra memoria, bella cū Populo Ro. acerba, ac diurna gesserūt: partim modo ab nostris imperatoribus subacti, modo bello domiti, modo triūphis ac monimētis notati, modo ab Senatu agris vrbibusq; mulctati sunt: partim, q cū ipso M. Fonteio ferrū, ac manus cōtulerūt, multoq; eius sudore ac labore sub Populi Ro. imperiū, ditionēq; ceciderūt. Est in eadē puincia Narbo Martius, Colonia nostrorū ciuū, specula Populi Romani, ac ppugnaculū istis ipsis nationibus oppositū, & obiectū. Est itē vrbs Massilia, de qua ante dixi, fortissimorū, fidelissimorūq; sociorū, qui Gallicorum bellorū pericula populi Ro. copiis, remissisq; cōpensarūt, est p̄terea numerus ciuū Ro. atq; hoīm honestissimorū. Huic puincię, quę ex hac gētū varietate cōstaret, M. Fonteius (vt dixi) p̄fuit: q̄ erāt hostes, subegit: q̄ proximi fuerāt, eos ex iis agris, qbus erāt mulctati, decedere coegit: ceteris, q̄ idcirco magnis saepe erāt bellis superati, vt semp populo Ro. parerēt, magnos eqtatus ad ea bella, quę tū in toto orbe terrarū a populo Ro. gerebant, magnas pecunias, ad eorū stipendiū, maximū frumētū ad Hispaniēse bellū tolerandū, impertauit. is, q̄ gessit, in iudiciū vocatur: vos, qui in re non interfuistis, causam vna cū populo Ro. cognoscitis, dicunt cōtra, qbus inuitissimis imperatū est: dicunt, q̄ ex agris ex Cn. Pōpeiū decreto decedere sunt coacti: dicūt, q̄ ex bello, cæde, & fuga nunc primū audent cōtra M. Fōteiu inermem consistere. Quid coloni Narbonenses: quid volunt? quid existimant? Hunc per vos volunt, se per hunc incolumes existimant esse. Quid Massiliensium ciuitas: hunc p̄sentem iis affecit honoribus, quos habuit amplissimos. Vos autem absens orat, atq; obsecrat, vt sua religio, laudatio, auctoritas, aliquid apud vestros animos momenti habuisse videatur. Quid: ciuū Ro. quę voluntas est? Nemo est ex tanto numero, quin hunc optime de puincia, de imperio, de sociis, & ciuibus meritum esse arbitretur. Quoniam igitur videtis qui oppugnent M. Fonteium, cognoscitis qui defensum velint, statuite nunc, quid vestra equitas, quid populi Ro. dignitas, postulet: vtrum colonis vestris, negotiatoribus vestris, amicissimis, atq; antiquissimis sociis, & credere, & consulere malitis: an his, quibus neq; propter iracundiam fidem, neq; propter infidelitatem honorem habere deberis. Quid si maiorem etiam hominū honestissimorū copiam affert, qui huius virtuti, atq; innocentie testimonio possint esse: tamen ne plus Gallorum cōsensio valebit, q̄ summa auctoritas oīm? Cū Gallię Fonteius p̄esset, scitis Iudices maximos populi Ro. exercitus in duabus Hispaniis, clarissimosq; imperatores fuisse, q̄ multi Equites Romani, q̄ multi Tri. militū, quales, & quot, & quoties legati

Insector.

Vnā tabulę.

Ceciderūt, sub dirionem. Narbo Martius.